



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>






Scanzia. C. A.º 19.

650
DG
737.42
P77
1769

Poliziana, Angelo

ANGELI POLITIANI V. CL.
Conjuratōnis Lactianae anni
MCCCCLXXVIII.

COMMENTARIUM.
Documentis, Figuris, Notis
nunc primum inlustratum
CURA, ET STUDIO
IOANNIS ADIMARI
Ex Marchionibus Bumbac.



Cimarelli Sculp.

Neapoli Praesidibus adprobantibus Anno 1769.

Kroch
5-29-22
Bates



LECTORI S.



*Aucis abhinc annis
quum Florentiae mo-
ram traherem pere-
grinandi causâ, lu-
strandique Gazophy-
lacia, toreumata, mo-
numenta tam anti-
qua, quam nova, at-
que Bibliothecas om-
nes, quibus quamma-*

*xime ea Urbs referta est, mibi forte fortuna
obtulit rimanti percelebrem Stroctianam comitan-
tibus nobili viro Alexandro Comite Stroza (1)
ejusdem Bibliothecae Domino, ac ibidem Praefe-
cto Cl. Dominico Maria Mannio, Politiani Com-
mentarium de Paetiana Conjuratone excusum
anno 1478. in 4. sine loci, & typographi no-
minibus, tam rarum deventum quidem, ut in-
ter doctus saepe dubitatum est an unquam typis*
† *im-*

(1) Quam comis, & facilis, quam munificus sit
Dominus Alexander Caroli Thomae Stroza ex hoc assequi
potest. Inter MSS. codices ipsius copiosae Bibliothecae
unus erat graphice descriptus chartaceus forma magna con-
tinens

460479

impressum fuerit (2), ac inter alios ignoratus etiam Libri titulus (3). Statim ac opusculum hoc ad manus mihi venit, cupidine flagravi inlustratum typis diligentissimis iterum demandare; ac eo magis quum idem eruditus Mannius praesto esset plurimis adjumentis, tum veritatem, tum etiam circumstantias illius facinoris testantibus opitulari; de quibus eidem gratiam habeo, nam quod est pretium Operis aliqua in parte suum est. Sed ut studiosus Lector sentiat quid in hac nova editione factum est, paucis aperiam.

Praesidio trium optimae notae Codicum Stroetianae Bibliothecae imperfectas sententias editionis anni 1478. interpolavimus, atque lacunas explevimus, opem etiam ferentes aliarum Bibliothecarum Codices. Notae, quas hic illic sparsas subjunximus, locos obscurioris Historiae pro lectoribus parum peritis illustrant, & scrutantur

tinens Satyras Marchionis Ludovici Adimari Patritii Florentini, haecenus bis excusas; illum ultro dono mihi dedit his humanissimis verbis: Questo Codice, Sig. Marchese, si appartiene meglio a Lei, che a qualunque altro per due motivi, sì perchè l'Autore è uno della sua Famiglia, sì perchè Ella l'intenderà perfettamente bene.

(2) Videtis paginam decimam, atque sequentem.

(3) Adi, si placet, paginam decimam tertiam.

tantur facinora, quae evenire. Coaevorum Auctorum, quos protulimus ad confirmandam Politiani narrationem, tres sunt, qui nunc primum e latebris eruuntur. Unum idem illustris Manlius attulit, ac duos Strockiana praebehit, quorum alter Joannis Baptistae de Montesicco attestationem continet, ad quam incassum semper biantes Historiarum Amatores, nunquam tamen in lucem prodixit. Haec constanter affirmat quidquid de Conjuratone Paetiana enarratum est, tametsi magis enucleate, naviterque, tam ab auctoribus coevis, quam ab aliis, & tam ingenue eam describit, ut non sit locus de minimo Conjuratonis eventu dubitandi.

Auctorum fere coaevorum autem tantummodo, quos magni nominis, & fidei esse existimavimus, narrationes adferimus. Hic lectoribus nomen Pauli Jovii crucem figere potest: Sed cui ignotum est ejus Historiam de Conjuratone Paetiana totam e Machiavello exscriptam? Et quia ab eodem Michael Brutus suam exscripsit, infertam tamen pluribus eventibus, quos nimio Paetianae Gentis amore commentus fuit, & floruit dissita in die a Florentinorum tragoedia, ideo missam fecimus sedulo ejus narrationem. Idem dictum sit de Commentariis Nerlii, qui lau-

laudans coevos Auctores cursim perstringit quod ab aliis diserte memoriae traditum fuit.

Locus quidem hic esset recensere praeconia, quibus toto aevo Auctor Noster cumulatus fuit, & maxime indicare quam optime, quam mirifice exaratum fuisset hoc ejus Commentarium; Sed hoc idem esset, quam coctam crambem recoquere; ideoque de hac re praelusimus tantum Judicio Menckonii, quod inferius adduximus. Caeterum anno debuerat haec Editio publici juris fieri, cum jam ad umbilicum perducta esset; sed ob sculptorum desidiam adhuc retardata fuit; hinc est quod nonnulla adnotata videntur ad annum 1769. pertinere. Interim fruiere Lector Epitome Angeli Nostri Vitae a me tua causâ nuper lucubrata, & Vale.

Dabam Neapoli Kal. Septemb. MDCCLXX.

ERRATA TYPOGRAPHICA nulla sunt, ni fallor, si modo demantur sequentia.

Pag. 3. not. 2. Synthagmate, lege Synthemate


Pag. 5. lin. 18. ingen ii, lege ingenii

Pag. 11. not. 1. lin. 2. defunt, lege defint

ANGELI

ANGELI POLITIANI VITAE
EPITOME

a



REVITATEM quam-
maxime secuturus , hoc
fuit in caussa cur paucis de
POLITIANI Vita me ex-
pediam. Ex inlustri fami-
lia Ambrogina, aliter Gi-
na, seu Cina Montis Po-
litiani olim Etruriæ Op-
pidi , nunc Civitatis , or-
tum duxit Angelus (1)
noster , filius Domini Be-
nedicti de Ambroginis .

Vitalem auram fumpfit , matre Agnete Taurusia
IV. Idus , vel ut Nicolao Angelo Caserrio placet,
(2) pridie idus Julii MCCCCLIV. & a patria
a 2 Po-

-
- (1) Qui eidem cognomen de *Bassis* primum tribuere ,
nullo documentorum inrefragabilium auxilio suffulti videntur .
(2) In *Synthagmate* Vetustatis pag. 274.

POLITIANUS nuncupari coepit . Florentiam ductus sub protectione Mediceae Domus Christophori Landini , Andronici Theſſalonicenſis , Joannis Argyropyli , nec non Marſilii Ficini auditor fuit . In ſtudiis ita profecit , ut ſibi conſulens ſtatum Eccleſiaſticum eſſe tutiorem , Sacerdotium petiit , & inde Beneficii , & Prioratus Collegiatae S. Pauli Florentiae dignitate condecorari meruit . Quod ad primum attinet notitia eruitur ex Epigrammate ejusdem , cui titulus : *Pro Sacerdotio accepto in Templo Divi Pauli cum adhuc ſub judice lis eſſet* . De Prioris munere conſtat publicis Tabulis Ser Stephani Philippi de Laterina , ubi die 14. Junii anni MCCCCLXXX. *Venerabilis Vir Dominus Angelus Domini Benediſti de Ambroſinis Prior S. Pauli eſt Procurator Deſiderii fratris ſui germani* , ac etiam Tabulis in Tabulario Generali Florentino ſervatis Ser Pauli Bambelli Pacis diei XI. Novembris MCCCCLXXXX. ubi *Bartholomaeus Joannis de Panzano procurator* , & procuratorio nomine *Domini Angeli Domini Benediſti de Monte Politiano Prioris Sancti Pauli de Florentia dicto nomine* , & *omni meliori modo. locavit Ludovico Juliani Lanaiuolo &c. unam domum &c. poſitam in dicto populo in Via nova &c.* Quum vero POLITIANUS ſumma cum laude, plaufuque ſe geſſiſſet, factum eſt, ut anno MCCCXCII. ad Canonìcatum Eccleſiae majoris, ſapientum judicio praelectus fuerit . Acceperat enim jam inde a pluribus annis Sacrorum Canonum Doctoratus lauream in Archiepiſcopali Palatio manu Reverendiſſimi Domini Raynaldi Urſini Praeſulis Florentini X. Kal. Januarii MCCCCLXXXVI.



LXXXVI. tunc temporis Florentiae commorantis; quod certissime persuasum habeant qui Archiepiscopum nunquam Florentiae stetisse autumant. Et quia mihi insitum est, ut quod proferam, ratione fulciatur, idcirco advertam, monumentum probans quod Angelus ad indicatum honorem fuerit evectus, ex Testamento Joannis Pici Mirandulani in Archivo Abbatiae Florentinae me eruisse, ubi ita subscriptum legi : *Ego Angelus Politianus filius Domini Benedicti de Cinis Decretorum Doctor, & Canonicus Florentinus*. Quae quidem dignitas in eo non disjuncta unquam fuit a doctrina, & eruditione, nam primus Justinianaeas Pandectas Florentiae transcripsit, legalis studii amore captus, & cum Codice Amalphytano contulit, simulque data ei occasione universum Corpus Juris Civilis inlustravit. Primus pariter Herodianum Graecum Latio donavit. Siquis plura cupiat, consulat multa, & laudatissima ingenii sui Opera in calce recensenda, inter quae praesens Commentarium XXIV. aetatis suae anno elaboratum. Haec enim brevi, ut sperare fas est, typis nitidissimis Neapolitanis partim novam lucem, partim primam visura, quae reliquit vir de Thuscis, Latinis, & Graecis Musis aequae bene meritis acerbo fato e vivis ereptus VIII. Kalend. Octobris anni MCCCCLXXXIV. Ejus ossa Florentiae in Divi Marci ad Praedicatores condita sunt, cum hac Inscriptione diversimode, ac erronee ab aliis relata :

POLITIANVS IN HOC TVMVLO
JACET ANGELVS. VNVM
QVI CAPVT ET LINGVAS
RES NOVA. TRES HABVIT.
OBIIT AN. MCCCCLXXXIV.
SEP. XXIV. AETATIS
XL.

FO-

6 O
POLITIANI OPERA

variis in locis excusa.

Epistolarum Libri XII.

Miscellanea.

Silvae. Rusticus. Nutricia.

Elogia.

**DE CONJURATIONE PACTIANA COMMENTA-
RIUM.**

Epigrammata Graeca, & Latina.

Elegiae.

**Herodiani Historia in Latinum conversa sermo-
nem.**

Orfeo Favola.

**Stanze per la Giostra del magnifico Giuliano de'
Medici.**

**Pluraque alia inedita Opuscula insignis Bibliotheca
Stroctiana suppeditabit.**

DE



DE CONJURATIONIS PACTIANAE
COMMENTARIO

Friderici Ottonis Menckonii J. V. D. ac potentissimo
Polon. Regi, & Electori Saxoniae a Con-
siliis Aulæ JUDICIUM. (1)

DE capitali illa, & post hominum memoriam
inaudita, Pactianae gentis, tunc inter Floren-
tinos nobilissimae, adversus Mediceos Principes LAU-
RENTIUM, & JULIANUM, Conjurazione, ut JU-
LIANO, ita ipsis PACTIIS funestissima, quae inci-
dit in annum 1478. vix est Scriptorum Florentino-
rum unus, qui non amplissime commemoret. At om-
nium primus rei tam nefarie gestae historiam in Com-
mentarios retulit POLITIANUS noster, quippe qui
atrocissimae hujus conjurationis initia, aequae ac exi-
tum tristissimum, spectavit ipse, nec tam ab aliis
accepta, quam a se ipso visa, & publicis rumori-
bus confirmata, literis mandavit. Exstat enim *De*
Pactiana in Laurentium, & Julianum fratres, univer-
samque Mediceam gentem conjuratione Historia, sive
Commentarius POLITIANI integer, brevior is qui-
dem, si operis molem spectes, at, si argumenti ra-
tionem habeas, plenissimus. Diligenter enim Noster
universam hic facti sanguinarii historiam persequi-
tur, ut quae ejus fuerint initia, quae incrementa,
quam fatalis exitus, quis conjuratorum furor, quam
abominandae fraudes, & insidiae, quanta porro Me-
diceorum Principum hic virtus eminuerit, quanta
po-

(1) Editum in *Historia Vitis Angelis Politiani* Lips.
1736. pag. 535.



populi Florentini erga hos ipsos fides eluxerit, ea hic sermonis vel copia, vel elegantia sit enarratum, ut quod desiderare jure possis, prorsus sit nihil. Adjecit ad calcem operis *Epigrammata tria in Franciscum Salviatum conjurationis complicem*, hominem nequissimum, atrocissimumque, qui justas nefarii sceleris poenas laqueo dederat. Redit vero hoc major in POLITIANUM ex hoc libello gloria, quod primus sit, quantum constat, eorum, quos oratione ipse soluta scripsit, quippe tunc adhuc juvenis, & annum aetatis vix quartum & vigesimum egressus. De eo satis honorifice Jovius in *Elogio Juliani Medicis in suo Museo*: *Quibus autem iniuriis, quoque exitu, susceptum, patratumque sit id immane scelus, ANGELUS POLITIANUS, summae doctrinae vir, ut qui cunctos atrocis ejus tragoediae actus spectarat, peculiari Commentario, qui impressus existat, luculentissime perscripsit.* Idem Jovius in *Elog. Doctor. viror. Cap. XXVIII. p. mibi 82.* (1) *Juliano a Pactiis in Templo immaniter interfecto, ejus vindicatae conjurationis historiam Latine ornatissimeque perscripsit.* Confer Gerh. Johannem Vossium *Lib. III. de Histor. Lat. cap. 8. p. 628.* An vero ea sit opellae praestantia, ut gravior concinniorque componi ab ipso Tullio vix potuerit, quod eruditorum illius aetatis, congregatorum in Bibliotheca Laurentiana, commune judicium fuisse, nugator ille Varillasius in *Anecdor. de Flor. Lib. IV. p. 194.* tradit, inquirant sagaciores velim. Quod
ad

(1) Edit. Antuerpiensis anni 1557.

ad gentis scribendi, non infeliciter hic Sallustium expressit; cuius *de Conjuratone Catilinaria* librum habuisse, cum haec scriberet, ante oculos videtur. Idem videtur ingenioso Autori libri: *Caracteres des Auteurs anciens, & modernes* p. 122. & 149. qui magnam eo nomine POLITIANO laudem tribuit, & inter ceteros conjurationum scriptores Ubertum Fohiettam, Sarrazinium, & Abbatem de Saint Real, primo eum loco nominat. Quod vero ad res ipsas, hic commemoratas, attinet, vix adeo mirandum putes, non ita haec a POLITIANO referri, sicut referunt Scriptores alii, Paſtiana Domus studiosi magis, nec ita, sicut Noster, Mediceae genti dediti. Dandum aliquid fuit pietati in eam gentem, cui accepta ferebat Noster & ipsa fortunae suae initia, & incrementa maxima. Quia ipsa turpitudine sceleris a Paſtiis perpetrati, veniam dare videbatur ANGELO his libere insultandi, & atrocitatem facti seris posteris narrandi. Meminisse horum decebat Scriptorem Florentinum, quem nimius Paſtiana gentis amor urget, Jo. Mich. Brutum, ne abjecte, & indigne de labore POLITIANI scriberet in *Histor. Flor. Lib. VI. pag. 313. (1)*. Non est consilium hoc loco recensere, quae Angelus Politianus eo libello complexus est, quem de Paſtiorum conjuratione conscripsit. Nihil enim in eo dignum hominis constantia, & gravitate, omnia, quae doloris sensus, atque animi molitia a scribente videantur expressisse, & qui eos modo, in quos scriberet, non qui scriberet, intueretur. Unum apparet maledicendi studium, quo maxime insultat in nobilem, & claram familiam: ut jam non rei gestae explicatio, sed declamatio verius, at-

b

que

(1) Editionis Lugdunensis in 4. anni 1562. Et pag. 294. Edit. Venetae, seu verius Florentinae in 4. anni 1764.

que ea quidem puerilis, minime eo certe homine digna videatur, qui fama eruditionis, atque eloquentiae in primis, suae aetatis clarus excelluerit. Ita pro diversitate ingeniorum plerumque diversa sunt hominum de laboribus praestantissimis iudicia. Habes hunc POLITIANI partum in sola *Operum* ejus editione (1) *Basileensi*, quam anno 1553. vulgavit Nicolaus Episcopus Typographus, earum quippe, quae prodire unquam, postremam. Sed nihil hic Praefationis additum, nec, unde ipsi copia facta sit libelli, verbo indicavit typographus. Jovius, ut paulo ante vidimus, jam sua aetate impressum testatur; & Conradus Gesnerus in *Appendice Bibliothecae suae* pag. mihi 8. b. *Florentiae* editum dicit *ternionibus tribus*. Sequitur Gesnerum Bernardus de la Monnoye in *Memoir. de Litterat.* T. 1. pag. 250. sed qui postea mutavit sententiam, & primam libelli hujus editionem illam *Basileensem* dixit, in *Notis ad Bailleti Jugem. des Sav.* Tom. V. par. 1. pag. 88. not. 1. Ego vero, etsi facile assentior Gesneri, Joviique testimoniis, idque hoc magis, quod, si ex Codice manuscripto primus haec prodidisset Episcopus, non is videatur ejus rei in *Operum* Praefatione omissurus mentionem fuisse, valde tamen miror, nec in *Annalibus Typographi-
cis* Mattarii, quos ego integros pervolutavi, nec in ullo librorum Indice, nec usquam alibi, vetustioris editio-

(1) Praeter editionem Nicolai Episcopi junioris, Typographi Basileensis, invenitur, sed perraro editio prima Conjuracionis seorsim anno 1478. Florentiae facta, duodecim chartis in 4. sine nomine impressoris, quae in luculenta Bibliotheca Stroctiana videri potest. Ejusdem typographus forte fuit Nicolaus Laurentii Alemannus, seu verius Nicolaus de Brestaw Dioecesis Raxislaviensis, ambo Florentiae tunc temporis commorantes.

editionis vestigium occurrere, ut, si nihil aliud, saltem in rarissimis (1) habendam, hinc appareat. Quod vero, in sola *Operum POLITIANI* editione *Aldina* exstare hunc Commentarium Henricus Brenemannus in *Historia Pandectarum Florentin.* pag. 307. tradit, id nemo non videt errorem esse scribeatis *Aldina* pro *Basileensi*. In *Aldina* enim nihil hujusmodi legi, ipsa operis inspectio me docuit. Una, quod dixi, *Basileensis* habet librum, nec ab eo tempore seorsim unquam publicatum constat, sicut nec recentior ulla *Operum POLITIANI* editio *Basileensi* exstat. Eiusdem Conjuratōnis Pactianae Historiam Gallico sermone scriptam, *Lutetiae* anno 1698. 12. edidit quidam *Nobilis* (le Noble) qui libro rubrum dedit: *L' Histoire secrete des plus fameuses Conspirations; de la conjuration des Pazzi contre les Medicis, avec la suite*. Duabus partibus opellam distinxit Scriptor, quarum altera Pactianam adversus Mediceos, altera Pisonis adversus Neronem conjurationem persequitur. Sed verius fabulam Romanensem, quam Historiam dicas, & ad delectandos magis, quam instruendos Lectores compositam. Nam quae narrantur hic, nullis Scriptorum testimoniis firmanur, nec ullam *POLITIANI*, Scriptoris minime hic negligendi, rationem Autor habuit, factumque hinc, ut multa a veritate alieniora protulerit.

b 2

De

(1) Tām raram esse Editionem hujus Commentarii plures autumant, ut non desunt qui temere affirmant, inter quos Abbas P. Ant. Serassus in *Vita Angel. Politiani* praemissa Operi ejusdem, cui titulus *le Elegantiſſime Stanze &c.* In *Bergamo* 1747. in fol. nunquam typis Commentarium hoc mandatum fuisse. Sed postea, forsā ab aliis eruditus, mutavit sententiam in nova Editione ejusdem Operis Cominiana anni 1751. in 8.

*De eodem Commentario testimonia, præter
illa a Menckenio allata.*

Ferdinandus Vghellius in Archiepiscopis Pisanis:
De hujusmodi conjuratione plures scripsere, præcipue autem Angelus Politianus, qui de hujusmodi re edidit Commentariolum, cui titulum fecit: De Conjuratione Pactiana.

Ferdinandus Leopoldus del Migliore in Florentia inlustrata pag. 42. *Somministrò (la Congiura) concetto al Poliziano Scrittore di quella famosissima Tragedia, d'intitolarne l'Istoria: LA VENDICATA CONGIURA DE' PAZZI.* Aberrat Meliorius male referens verba Jovii pag. 82. de quibus supra. Rursus idem Meliorius pag. 218. ejusdem Operis: *Nell' Idioma volgare scrisse il Caso della Congiura de' Pazzi con tale stile, che il Giovin nell'Elogio fattogli la chiama ONORATISSIMA ISTORIA.* Errat iterum quum scribere deberet ornatissima.

Julius Nigri in Historia Scriptorum Florentinorum, de Juliano Medice: *Angelo Poliziano gliene fa un degno Elogio nel fine della fatal Congiura de' Pazzi da lui a maraviglia descritta: Et de Politiano loquens memorat Breve Historiam de Conjuratione Jacobi Pactii Equestris Ordinis Viri, & aliorum ejusdem familiae, & quorundam e Salvatorum familia adversus Laurentium, Julianum, & universam Domum Mediceam.*

Angelus Maria Bandinius Laurentianae Imperialis, & Marucellianae Bibliothecarum Praefectus in Specimine Literaturae Florentinae pag. 221. Tom. primi : *Denique Juliani fratris miserandum exitium in barbara illa, ac omnium sceleratissima Pactiorum Conjuratone commemorat, in qua Magnanimus Laurentius liber strictos enses evasit. Sed deploranda Historia ab Angelo Politiano descripta, atque edita fuit.*

Joseph Richa S. J. in Histor. Eccles. Florentinar. T. III. p. 143. *Un caso sì atroce atterrito da principio i Fiorentini, ma nello stesso giorno fatesene inquisizione da' Priori, furono i complici impiccati &c. lo racconta il Poliziano nel suo Libro intitolato : LA VENDICATA CONGIURA DE' PAZZI. Auctor quum scribere debuisset : Pactianae Conjuratone Commentarium, sat indicat titulum fumpsisse ex Meliorio, sicuti Meliorius ab Jovio ; utrumque tamen nunquam Conjuratone Commentarium vidisse.*

Videtur insuper Politianum de Juliani caede recitasse Carmen vel ex tempore, vel postea perditum, Hieronymo Donato, & Hermolao Barbaro Venetiis circa annum 1483. Ignota vero sunt ejusdem & idioma, & metrum, & titulus. Idipsum testatur Donatus in epist. quadam inter eas Politiani edita inquires *Meminisse te suspicor &c. te Hermolao, ac mihi &c. Carmen illud aureum de sacrilega, ac sanguinaria Juliani caede recitasse. Utcunque sit, non confundendum cum Commentario.*

PARS STEMMATIS FAMILIAE DE PACTIIS,

ET EORUM INSIGNIA.



Guillelmus,

Dom. Andreas.

Dom. Jacobus
cum Magdalena Rifiori
de Serrifloris.

Antonius.

Dom. Petrus

*Pactitius Borginthus in
Trasfatu Delle Famiglie
Fiorentine ait. L' Arme
de' Delini, che portano
i Pazzi &c. donata Lo-
ro da' Conti di Bert,
&c. prima portavano al-
tra Arme, cioè tre Lu-
ne roffe ed azzurre in
campo bianco.*

Dom. Antonius
Episcopus
Melatenus

Renatus

Andreas

Joannes

Nicolaus

Galeottus


Leo-
nardus

Franciscus

Guilelmus

Joannes

cum
Blanca Medicea



*Et alibi idem Bor-
ghinthus. L' antica delle
Lune roffe ed azzurre in
campo bianco &c. de-
notava, come univerfal-
mente si tiene, l' origi-
ne Fiecolana.*

EXPLICATIO FIGURARUM.

In Epitome Vitae Politiani. *Namus acneus ex Namophylacio Caesareo primum Vindobonae, nunc Viennae Austriae, & Mazuchelliano Brixiae, in cujus antica parte visitur Angeli facies; in postica illa Mariae Politianae, nempe Angeli fortasse Matris, vel Sororis, aut ei cognatione junctae: de qua exstat aliud numisma persimile apud cl. virum Dominicum Mariam Manni cum vultu Mariae Politianae capillis sparsis.*

B Postica pars alterius numi Angeli Politiani in Museis Caesares, & Mazuchelliano asservatis, in qua praeterquam *STVDIA* est femina sub olea sedens, quasi ut maximus Poeta ait (Purg. XXX.) Cerchiata della fronde di Minerva, cui Genius colligens ramulos porrigit.

Pag. 1. *Numisma aeneum maximi moduli Opus Antonii del Pollaiuolo, in quo Chorum antiquum Florentini Templi majoris, postea immutatum circa annum MDLXIX. Unde Columnae marmoreae Chori hujus veteris translatae fuere ad Monasterium novum in via della Scala. Facinorosorum ac flagitiosorum nuditas commentum Sculptoris est, utpote qui nudorum actiones aliquando exprimere consueverat. Vasarius in vita ejus.* Egli s' intese degl' ignudi più ec., che fatto non avevano gli altri Maeſtri innanzi a lui, e scorricò molti uomini per veder la notomia lor sotto.

P *Cisium artificioso igne refertum, quod paucis ante diebus, nempe Sabbato Sancto ejusdem anni MCCCCCLXXVIII. in Platea Majoris Templi incensum fuerat, ut singulis annis. affolet ob consecratam antiquitus Hierosolymis a Padio quodam victoriam. De hoc spectaculo per aliquot annos Familia privata fuit; in integrum postea restituta. Gamurrin. in Genealogia Padior.*

Pag. 59. *Templum majus Virgini Genitrici dicatum, ubi enorme scelus patratum est, cujus facies postmodum mutata est anno MDLXXXVI.*

C *Moles Hadriani, in qua Mercatores Florentini retenti sunt, donec Florentiae a Laurentio Medice dimitteretur Raphael Riaris Cardinalis, qui domi stans sub fida custodia, Ciacconio teste, pallidus evasit toto vitae tempore.*

Pag. 67. *Palatium vetus Dominorum Priorum, ut erat antiquam in angulo fons erecta esset, ubi aliquot appensi fuere.*

R *Janua Crucis, per quam multi Florentia discesserunt.*

Pag. 77. *Pons Rubaconis super flumen Arni e conspectu Domi,*
ubi

- ubi reclusae morabantur Sanctimoniales vulgo le Murate. Ex eo demum submersum est Cadaver Jacobi Equitis de Pazzi.
- A** Sacellum S. Andreae Pazziorum apud Ecclesiam Sanctae Crucis a Jacobo Equite aedificatum, in quo primum cadaver ipsius sepultum fuerat, inde populi furore dishumatum.
- Pag. 85.** Palatium Mediceorum, ut erat tempore Conjuratōnis.
- E** Janua Sacrarii Templi majoris, ubi Laurentius, & fautores sui confugerant.
- Pag. 105.** Numisma aeneum Magni Laurentii variis in Museis adservatum, in cujus postica parte Florentia visitur cum flore lilii in dextera.
- P** Sepulcrum porphyriticum Laurentii, & Juliani in Sacratio Ambrosianae Basilicae, ubi aliquot post annos fratrum cadavera recondita fuerunt.
- Pag. 113.** Juliani Medicei Imago. Item ejusdem sigillum aegyptium, quod in Bibliotheca Stroziana asservatur.
- H** Pompa Exequiarum Juliani in Basilica Ambrosiana diei XXX. Maji MCCCCLXXVIII.
- Pag. 127.** Publici Stincarum Carceres, ubi aliqui ex reis relegati sunt.
- I** Sigillum aegyptium D. Accursii de Pazzi Collectoris Domini Papae: unde Familiae opes adauctae jam fuerant.
- Pag. 139.** Palatium Potestatis Florentiae, in cujus campanaria turri Conjuratores pedibus appensis depicti fuere ab Andrea del Castagno, ex quo ipse Pictor deinde appellatus est Andreas de' Impiccati.
- M** Insigne Matthaei de Toscanis Mediolanensis Potestatis Florentiae ex Numo aeneo Joannis Aloysii de Toscanis ejusdem Matthaei agnati.
- Pag. 171.** Via, quae dicitur il Borgo degli Albizzi, & angulus de' Pazzi vocatus, ubi Pazziorum ut erant antiquae aedes, conspicitur.
- S** Janua antiquorum Domorum, & Horti Pazziorum in moenibus secundi circuli Civitatis e conspectu Hospitalis S. Mariae Novae, quum eorum Palatia temporis progressu immutata sint, quam januam fortasse pulsare visi sunt pueri cadaver irahentes

ANGELI POLITIANI

VIRI CLARISSIMI

PACTIANAE CONJURATIONIS

COMMENTARIUM.

*Ex Editione Florentina anni 1478.
supplentibus aliis Codicibus.*



Cinacrelli Sculp.



ACTIANAM conjurationem paucis describere instituo; nam id in primis memorabile facinus tempestate mea accidit, parumque absuit, quin Florentinam omnem Rempublicam penitus everteret.

Cum is igitur esset ejus Urbis status, ut omnes boni a Laurentio, & Juliano fratribus, reliquaque Medicum familia starent;

A

Pa-

Pactiorum una gens, ac Salviatorum nonnulli coepere praesentibus rebus clam primo, mox etiam palam adversari. Invidebant enim Medicae familiae; ejusque summam nostra in Republica auctoritatem [1], & privatum decus, quantum in eis esset, obterebant.

Erat Pactiorum familia Civibus, plebique juxta invisa: nam, praeterquamquod avarissimi

[1] Diarium Parmense editum a Cl. Muratorio in Tomo XXII. rerum Italicarum, haec nos docet: *Ordinatus fuit maximus, & tremendus tractatus per nonnullos Cives Florentinos, mediantibus Domino Papa Sixto, Comite Hieronymo nepote suo, & Rege Ferdinando &c. ad hunc finem, quod dictus Rex posset de Florentia in suo libito disponere, & ut relegati reverterentur in patriam; ac etiam quod Julianus, & Laurentius fratres de Medicis deponerentur, quorum consilio, & auctoritate tota Respublica Florentina gubernabatur, & ut ipsi Florentini se solverent a colligatione Status Mediolani, Venetorum, & Regis Franciae.* In schedis Zacchariae Zacchi Civis Volaterrani olim in Bibliotheca Gaddiana asservatis sub anno 1472. *Lorenzo de' Medici ora governa, e regge Firenze.* Alia notatu digna refert Ammiratus Hist. Lib. XXIV. inquit: *L' odio del Papa trasse origine dall' aiuto prestato da Lorenzo a Niccolò Vitelli, e da' consorti del Conte Girolamo Riario suo nipote, il quale sapendo, che Lorenzo aveva fatto ogni opera, che Imola, dopo che dal Duca Giovanni Galeazzo fu tolta a Taddeo Manfredi, pervenisse in potere de' Fiorentini &c.* Vide Bullam excommunicationis erga finem Documentorum.

fimi essent omnes, neque eorum contumax, atque insolens ingenium satis aequo animo tolerari poterat : ejus familiae princeps Jacobus [2] Pactius Equestris ordinis vir diem, noctemque aleae vacabat; sicubi male jactus caderet, Deos, atque homines diris agebat: nonnunquam vero & alveolum tesserarium, aut quod aliud irato offerretur, temere in proximum quemque jaculabatur: saepe [3] & ad ipsum alveolum furiosi instar frontem allidebat. Ipse pallidus, & exanguis, caput jactare semper, & quod levitatis maximum foret argumentum, nunquam ore, nunquam oculis, nunquam manibus consistere [4]. Duo in homine ingentia vitia, eaque, quod mirum esset, maxime inter se contraria eminebant: multa avaritia, multa ambitio [5]. Domum paternam magnifice exstructam a

A 2

fun-

[2] Eques Jacobus Pactius Equitis Andreae filius.

[3] Caret his verbis Basileensis editio: *saepe & ad ipsum alveolum furiosi instar frontem allidebat*.

[4] Ita & Codex 679. insignis Bibliothecae Stroctianae. Codex vero ejusdem sub num. 159. habet *sistere*. Hos affi- duo prae manibus habuimus, utpote aliis, qui alibi, vetustiores.

[5] Editio Basileensis rejecta voce *ambitio*, legit: *multa perdendi patrimonii voluptas*.

fundamentis diruit : novam exaedificare adgressus est ; mercenarias ibi operas conducere solitus , neque tamen integrum solvere ; pauperculosque homines misere sibi vix manuum mercede [6] in diem victum parantes defraudabat ; quare omnibus erat invisus . Non ipse , non ejus majores gratiosi populo unquam fuerant . Erat praeterea sine legitima prole : quapropter & a suis necessariis , quippe qui hereditatem hominis capta- rent , praeter caeteros colebatur . Incuria in homine maxima , maximaque rei familiaris negligentia : cumque hi essent hominis mores , facile rem facturus videbatur , quod ipsi ad maturandum facinus calcar maximum , facesque subdidit . Non enim sperabat homo insolens , & ambitiosus decoctoris ignominiam non [7] iniquissimo se laturum animo : Studebat itaque uno incendio sese , suamque omnem patriam concremare .

Franciscus [8] autem Salviatus homo repente

[6] Basil. labore victum quaerentes defraudare , & corruptam suillam pro mercede adponere solitus ; quare omnibus erat invisus . Neque is , neque ejus majores .

[7] Basil. pro non iniquissimo se laturum animo , habet aequo animo ferre posse .

[8] Bernardi filius Dom. Jacobi nepos .

pente fortunatus, quippe qui Pisanum haud multo antea Archiepiscopatum esset adeptus [9], vix ipse sese, suamque fortunam capiens, coeperat, supra quam dici potest, secundis rebus, inolescere; nihilque [10] non sibi

[9] Et revera Actus possessionis adeptae leguntur sub anno 1477. & non prius in publicis Tabulis Ser Simonis Lupi Pisani in Archivo Generali Florentino. Ulterius eodem anno *Reverendissimus in Christo Pater, & Dominus, Dominus Franciscus Salviatus Dei, & Apostolicae Sedis gratia Sanctae Pisanae Ecclesiae Archiepiscopus, vice, & nomine dicti sui Archiepiscopatus per publicum Instrumentum titulo locationis dedit spectabili viro Francisco Antonii de Noris Civi, & Mercatori Florentino, procuratori magnificorum virorum Laurentii, & Juliani de Medicis totum pascum, & pasturam Tumuli, Tumulelli, Struffoli, & Struffolelli Pisani Archiepiscopatus possit. in Cappella S. Petri ad Gradus Pisani Comitatus, cum suis herbis, aquis, fraschis, glandibus, spinis, boscaticis &c. Rog. Ser Raphael Roncionius. Nec allucinatur Jacobus Nardius Historicus Florentinus inquiens [Histor. Lib. I.] Messer Francesco Salviati era stato impedito dall' autorità de' Medici dal poter conseguire la possessione del suo Arcivescovado di Pisa. Clariora sunt verba Bullae Sixti Pontificis dat. kal. Iuniis anni MCCCCLXXVIII. nempe Cum nos dudum Ecclesiae Pisanae certo modo vacanti, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, de persona bonae memoriae Francisci Archiepiscopi Pisani eundem illi in Archiepiscopum praeficiendo providissemus, Laurentius, & complices sui &c. ne proviso huiusmodi debitum sortiretur effectum per plura tempora prohibere mandatis nostris palam resistendo non formidarunt. Vacaverat enim Ecclesia Pisana usque de anno 1474.*

[10] Edit. Basil. omniaque sibi.

sibi de sese , suaque fortuna polliceri . Is Franciscus homo fuit [id quod Dii , atque homines sciunt] omnis divini , atque humani juris ignarus , & contemptor ; omnibus flagitiis , & facinoribus coopertus ; luxuria perditus , & lenociniis infamis . Aleae & ipse studiosissimus [11] : maximus praeterea adulator : multae levitatis , ac vanitatis : idem audax , promptus , callidus , & impudens ; Quibus artibus [adeo fortunam nihil pudit] & Archiepiscopatum est adeptus , & Coelum ipsum votis captabat .

Hic una cum Francisco Pactio , quod propter insitam animo vanitatem ingentes spes sibi proposuerat , consilium Laurentii , ac Juliani necandi , occupandaeque Reipublicae multo antea Romae dicitur agitasse . Tandem in suburbana Jacobi Pactii Villa , quod Montughium dicitur , una omnis factio in facinus conjurant . Ejus conjurationis formulam Salviatus ipse praescribit . Franciscus [12] ex Antonio Jacobi fratre erat natus ,

[11] *studiosus*. Basil.

[12] Eadem edit. *Principes conjurationis post Salviatum , Jacobus , & Franciscus Pactii . Franciscus ipse ex O.*

natus, qui cum contumacis homo ingenii esset, magnos sibi spiritus, magnam arrogantiam sumpserat. Mirifice indignari, praefferri sibi Medicam familiam: semper Laurentio, semper Juliano obrectare; eosque passim traducere [13]: nulli maledicto parcere, nullis contumeliis, nihil pensi habere, dum illis, quantum in se esset, injuriam faceret. Romae plurimum ad nummariam ipsam Pactiorum mensam [14] aetatem agere: nam Florentiae nihili suam esse auctoritatem sentiebat, propter eam, quam sibi Medices germani pietate, & bonis moribus vendicarant. Erat autem & ipse [id quod Pactiis omnibus peculiare fuit] supra quam dici potest, ad

[13] Ita & Cod. 679. Stroctian. sed alter num. 159. *reducere.*

(14) Nummaria Pactiorum mensa Romae erat tunc temporis celebris, & in Collectiones Pontificum aliquando incumbebat. Apud Dominum Joannem de Podio Baldovineum sigillum exstat cum insigniis Pactiorum, & circum circa his litteris: S. DNI. ACCURSII. DE. PAZZIIS. COLLECTORIS. DNI. NRI. PAPE. Apud eundem duo floreni aurei cum insigniis eorum; quorum Dominus Guilielmus Antonii Domini Andreae, & Renatus Domini Petri Domini Andreae magistri fuerunt *della Zecca* Florentiae.

ad excandescentiam proclivis. Statura fuit brevi, gracili corpusculo, colore sublivido, candida coma, cujus & in cultu nimium ferebatur occupatus. Is vero ejus corporis, vultusque habitus, ii gestus erant, ut facile intelligeres hominis incredibilem insolentiam, quam tamen ipse primis maxime congressibus magnopere obtegere conabatur. Neque id satis ex sententia succedebat. Sanguinarius praeterea homo erat, & qui, dum rem quamcunque ipse animo volveret, expeditum iret, nulloque honestatis, nullo religionis, nullo famae, aut nominis respectu detineretur.

Jacobus dein Salviatus homo ad captandos hominum animos maxime factus, semper iis arridere modis omnibus, laute omnes accipere, scortis, & comestationibus intentus agere: mercaturae tamen studiosus, & gnarus ferebatur.

In his erat & Jacobus [15] tertius, Poggii

(15) De Jacobo Poggii Bracciolini Secretarii Florentini filio non bene cognitus fuit Jacobus Gaddius noster, qui de Scriptoribus non Ecclesiasticis, duos tantum literis

gii illius eloquentissimi Viri filius. Hic & ob angustiam rei familiaris, aequae alienum, quod grande conflaverat, & ob ingenitam quandam sibi vanitatem, rerum novarum cupidus erat. Ejus praecipua in maledicendo [16] virtus, in qua vel patrem maledicentissimum referebat [17]. Semper ille aut Principes insectari passim, aut in mores hominum sine ullo discrimine invehi, aut cujusque docti scripta laceffere; nemini parcere. Ipse ex multa historiarum memoria,

B

ma-

ris ornatos Poggii filios injuria enumerat, Jacobum scilicet, & Joannem Baptistam. Quinque fuerunt, qui paternam gloriam auxere. Jacobus hic inter eos patris Historiam in Etruscum sermonem convertit, dicavitque Friderico Feltrio Urbini Comiti. Item Cyri Persarum Regis, quam Poggius ex Graeca Latinam fecerat, ipse Italicam factam Ferdinando Neapolitano Regi nuncupavit. Scripsit & alia. Denique Cardinalis Raphaelis Riarii ab epistolis fuit, quoad conscius sceleris Pactiani (non *Bactriani*, ut male Freherus in Theatro Virorum illustrium) pependit. Corrigendus videtur locus Vitae Poggii, ubi vel amanuensium incuria, vel typographi sphalmate legitur *Cardinalis Jacobi Riarii*.

[16] Codex Stroctianus num. 159. habet *maledicentia*.

[17] Jure vero, an injuria eos sic criminetur Politianus, & cum eo Ammiratus, aliis judicium ferre relinquit Joannes Baptista Recanatus in Poggii Vita.

magnaue loquendi copia mirifice superbus esse : eas omnibus circulis, coronisque, vel ad satietatem audientium ingerere. Patrimonium, quod ipsi amplum ex hereditate paterna obvenerat, totum paucis annis profuderat: quare & egestate coactus, Pactiis, Salviatoque se totum addixerat: Erat enim id, quod semper fuerat, cuicunque emptori venalis.

Fuit in his & quartus Jacobus [18] Archiepiscopi frater omnino vir obscurus, ac sordidus.

Bernardus [19] praeterea Bandinus perditus homo, audax, impavidus, quem & ipsum dilapidata res familiaris in omne flagitium praecipitem ageret.

Septem ii fuere Cives, qui facinus susciperent; additi his Joannes Baptista [20] ex oppido Montesicco, ac Hieronymi Comitis fami-

[18] Bernardi filius, Domini Jacobi nepos.

[19] Bernardus Joannis Bandini, alias de Baroncellis.

[20] De Joanne Baptista filio Perfecti de Monte Sicco Armor. Duce Pontificio vide plura, & memorabilia in Documentis.

familiaris, [21] Antonius [22] Volaterranus, quem vel patrium odium, vel facilis quaedam hominis, levisque ad obsequendum natura in facinus sollicitabat. Stephanus [23]

B 2

prae-

[21] Codex Stroëianus num. 159. habet *familia*: nempe Comitris Hieronymi Riarii.

[22] Scil. Dominus Antonius Domini Gherardi de Mafeis de Vulterris Apostolicus Scriptor, cujus odium in Laurentium Medicem ostendunt plures Scriptores. Raphael Volaterranus conterrigena, Geogr. Lib. V. scribit: *Antonius Volaterranus Cre. primas partes depoposceraſt odio ductus veteris in Volaterranos injuriae; scilicet depopulationis anni 1471. In schedis, vel similibus Zacchariae Zacchi Civis item Volaterrani olim in Bibliotheca Gaddiana asservatis haec leguntur: A dì 18. Giugno 1472. li Fiorentini messero a sacco Volterra per cagione di sedizione, e certa difficoltà nata per cagione d' una cava d' allume di rocco trovata nel Volterrano appresso il Castello del Sasso da Benedetto di Bartolommeo Riccobaldi, altrimenti Benedetto del Baba, e Paolo d' Antonio Ingherami, altrimenti Pecorino; li quali non volendo esser d' accordo con la loro Comunità di Volterra, s' accostarono a Lorenzo de' Medici, che ora governa, e regge Firenze, e quello messono per compagno, e parziale del guadagno di detta alumiera, alli quali facendo la Comunità di Volterra resistenza di ragione, determinò detto Lorenzo de' Medici con la forza farli obbedire, e così ci mandò il Campo. Scipio Ammiratus item Histor. Lib. XXIII. scripsit: Lorenzo de' Medici disse, che la temerità di quel popolo [Volterrano] era da esser castigata con l' arme, acciocchè la quinta volta non avesse lo esercito Fiorentino a vedersi intorno le mura di Volterra.*

[23] Idest filius Ser Nicolai de Bagnone Plebanus S. Joannis

praeterea Sacerdos Jacobi Pactii scriba, homo impudens [24], & male audiens omni crimine, qui & in Jacobi domo haud satis honeste versari ferebatur: ejus enim unicam filiam adulterio conceptam litteras docebat.

Conjunctionis hujus & Renatum, & Guilielmum [25] Pactios non ignaros fuisse compertum est. Guilielmus ipse Blancam Laurentii Medicis sororem in matrimonium duxerat, eque ea amplam iam sobolem suscepserat; quare & duabus [quod dicitur] sellis sedere putabatur. Hic ejus, quem saepe dicimus, Francisci major natu erat germanus. Renatus autem ex Petro Equestri ordinis viro, Jacobi, atque Antonii fratre genitus, Guilielmi & Francisci patrueles. Erat hic homo haud incallidus, maximusque [26] odii, atque injuriae dissimulatus: Animi vero maximi neque tamen audax, sed qui

nis Baptistae de Monte Murlo, ubi Pactiorum familia habuerunt, & habent praedia; cui Stephano in Plebanatu successit Dominicus de Lorcatis Pontificis Cubicularius, Familiaris, & Commensalis perpetuus.

[24] Editio Basileensis: *impudicus*.

[25] Quos vide in stemmate.

[26] Basil. editio: *maximus odii, atque irae*.

qui rem maturius quamcunque is animo agitaſſet, expeditum iret. Tenax idem, & pecuniae avidus: quapropter & multitudini minime charus.

Cliens praeterea Guilielmi Neapoleo [27] Franceſius non ultimas partes in eo negotio aſſumpſerat.

Interfuere ei facinori & nonnulli obſcuriores, partim ex Archiepiſcopi, partim ex familia Paſtiorum. Hos inter & Brigliainus quidam [28] homo extremae conditionis, & Nannes Notarius Piſanus vir ſceleratus [29] & factioſus.

Sed qui ex peregrinis primas partes ſuſceperat, is erat, quem diximus, Joannes Baptiſta Hieronymi familiaris. Hic rem totum biennium jam ante agitatam, in quintum

[27] Filius Antonii Nicolai de Franzefibus Geminianenſis.

[28] Quem editio Baſil. male legit *Brigliernus*. De hoc nullam mentionem invenio, praeter illam Lucae Landuccii in Ephemeridis ſuis Mſs. ſub die 3. Maji 1478. ubi: *Fu im-piccato il Brigliaino, e un Cancelliere del Cardinale alle fineſſe*.

[29] Edit. Baſil. *ſceleſtus*.

tum [30] kalend. Majas anni a Christiana salute octavi [31] & septuagesimi supra mille & quadringentos, inque ipsum Dominicum ante Ascensionem diem rejecerat. Erat is magni vir ingenii, multi consilii, & sagacis animi, ad obeundas res maxime dexter; neque vero in iis non saepe exercitatus. Magnam in eo fidem Salviatus, magnam conjurati omnes habuerant. Res ipsa jam postulat uti conjurationis consilium explicemus.

Medicum familia cum plerisque in rebus splendida semper, magnificentissimaeque est, tum vel maxime in claris hospitibus accipiendis. Nemo unquam vir clarus aut Florentiam, aut Florentinum agrum petiit, in quem non illa domus hoc magnificentiae genere

[30] Corrigenda dies in Historia Ecclesiarum Florentinarum sub titulo: *Notizie* &c. Patris Josephi Richa, qui diem vigesimum nonum Aprilis assignat Tom. III. pag. 143. In x. Calend. male legit Raphael Volaterranus in Geograph. quem vide in Documentis.

[31] Circa hunc annum error typographicus irrepsit in Differtatione Historica Etrusca Domini Equitis Josephi Mariae Riccobaldi del Baba pag. 137.

genere usa sit. Cum igitur in suburbano illo Jacobi rure, ubi supra, conjunctionem factam ostendimus, Raphael [32] forte Cardinalis, ex Hieronymi Comitis sorore natus, haud multo antea divertisset, hanc tanti facinoris ansam conjurati occupant. Nunciant Cardinalis nomine geminis fratribus, uti se Fesulis, quae ipsorum suburbana Villa est [33] accipiant. Eo Laurentius [34], atque egomet cum puero Petro Laurentii filio [35] accedimus. Julianus, quod valetudine impe-

[32] Nempe Riarius. Duo fuere uno eodemque tempore S. R. E. Cardinales Riarii: Fr. Petrus Savonensis Ordinis Minorum creatus anno 1471. & Raphael Petri Cardinalis ex sorore ejus natus, electus anno 1477. Hic conjunctioni interfuit. Idem in Archiepiscopatu Pisano Salvatorem interfecto successit anno sequenti 1479. De nonnullis aliis Raphaelis aerumnis, & periculis confer Ughellium.

[33] Villa Medicea ea tunc fuit, quae sub aditum Montis Fesulani ad Divi Hieronymi Oratorium exstat, nuper a Dominis de Borgherinis habitata. Inibi frequenter Joannes Picus percelebris, Matthaeus Bossus Canonicus Regularis, & Angelus Politianus studiis amoenioribus, & contemplationibus Philosophicis dabant operam.

[34] Hujus viri aetatis tunc annorum triginta encomium habes apud Nicolaum Valorium, qui vitam ejusdem scripsit impress. Florentiae an. 1749.

[35] Nato anno 1471.

impediretur, domi restitit: id, quod rem in ipsum, quem diximus, diem extraxit [36]. Iterum familiaris homini nunciant cupere Cardinalem & Florentiae convivio accipi. Urbanae domus ornamenta, vestem, aulea, gemmas, argentum, pretiosam omnem supellectilem inspicere. Nullum optimi juvenes dolum suspicantur. Domum parant, ornamenta depromunt, vestem explicant, argentum, signa, toreumata in propatulo conlocant, producunt gemmas in promptuarium: magnificentissime convivium adparatur.

Ecce tibi ante tempus conjuratorum manus scitantur, *ubi Laurentius? ubi Julianus?* Dicunt, in Templo [37] Divae Reparatae esse ambos; eo contendunt. Cardinalis in suggestum Chori de more subducitur. Dumque Eucharistiae Mysteria celebrantur, Archiepiscopus cum Jacobo Poggio, & duobus
Ja-

[36] Basileensis editio habet *distulit*, pro extraxit.

[37] Ad evitandam confusionem sciendum est Templum hoc pro varietate scriptorum, & temporum, prius Divae Reparatae Martyris, vulgo *Liberatae*, dicatum, inde S. Mariae Floris nuncupatum.

Jacobis (38) Salviatis , aliisque (39) nonnullis comitibus in Curiam (40) contendit , uti Dominos Florentinos arce deturbet , ipse Curiam occupet : Reliqui in Templo ad facinus obeundum remanent . Destinatus ad Laurentii caedem Johannes Baptista , negotium detrectarat ; Antonius Volaterranus , Stephanusque susceperant : Reliqui in Julianum tendebant .

Ibi primum peracta Sacerdotis (41) communi-

C

muni-

[38] Scilicet Jacobo Bernardi Domini Jacobi , necnon Jacobo alterius Jacobi Domini Jacobi de Salviatis .

[39] Belfredellus Strinati in brevi Chronico : *Con la sua compagnia, che erano circa persone ventotto. Ammiratus: l'Arcivescovo dato voce, che andava a visitare la madre, uscì del Tempio con forse trenta persone ec. con queste genti ne venne l' Arcivescovo in Palagio.*

[40] Idest Palatium Minorum Priorum .

[41] *In atto d'alzarsi l'Ostia Ferdinandus Leopoldus del Migliore. Carolus a Florentiola , quem vide in Documentis: Dopo l'elevazione del Corpo di Cristo . Raphael Volaterranus in Geogr. Cum Eucharistia attolleretur . Ughellius in Episc. Dum incruenta , salutarisque Hostia in sacrificio elevaretur . Nicolaus vero Valorius : Quum Sacerdos Eucharistiam frangeret . Item Bartholomaeus Scala : ad fractionem Eucharistiae . Denique Jacobus Philippus a Bergamo in Supplem. Quando il Prete , che cantava la Messa , si comunicava . Sacerdos fuit ex Florentina familia de Corbizis.*

municatione, signo dato, Bernardus Bandinus, Franciscus Pactius, alique ex conjuratis, orbe facto, Julianum (42) circumveniunt. Princeps Bandinus, ense per pectus adacto, juvenem transverberat. Ille (43) moribundus aliquot passus fugitare; illi insequi. Juvenis (44), cum jam sanguis eum viresque defecissent, terrae concidit. Jacentem Franciscus repetito saepe ictu, pugione trajecit. Ita pium juvenem neci dedunt. Qui Julianum sequebatur famulus, terrore exanimatus in latebras se turpiter conjecerat.

Interim & Laurentium delecti ficarii invadunt; ac primo quidem Antonius (45) Volaterranus sinistram ejus humero iniicit, ictum in jugulum [46] destinat. Ille imperterritus humeralem amictum [47] exuit, levoque

[42] Basil. editio habet *circumdant*.

[43] Editio ead. *Is aliquot passus fugitare*.

[44] Edit. Basil. *deficiente spiritu terrae concidit*.

[45] Basil. *Antonius manum sinistro ejus humero iniicit*,

[46] Strinatus ait: *Al primo motivo fu assaltato il Magnifico Lorenzo allato alla Sagrestia vecchia, e ferito da Messer Antonio de' Maffei da Volterra &c. Il primo colpo fu nella collottola, perchè non potè tenerlo pel braccio per darli nel petto, e così confessò.*

(47) *Idest il Mantello.*

voque advolvitur brachio ; simul gladium vagina liberat, uno tantum ictu petitur : nam dum sese expedit, vulnus in collo accipit. Mox se homo acer, & animosus stricto gladiolo ad sicarios vertere, circumspicere se caute, & tueri. Illi exterriti fugam capiunt. Neque vero segnes in eo tuendo Andreae, & Laurentii Cavalcantis (quibus ille pedisequis utebatur) opera fuit. Cavalcantes brachium vulneratur. Andreas integer superat.

Videre erat, tumultuantem populum, viros, mulierculas (48), Sacerdotes, pueros fugitantes passim quo pedes vocarent. Omnia fremitu plena, & gemitu : nihil exaudiri tamen expressae vocis. Fuere & qui crederent Templum corruere.

Qui Julianum trucidarat Bernardus Bandinus, non contentus suis partibus, ad Laurentium contendit. Ille se commodum cum paucis in Sacrum conjecerat. Bernardus obiter Franciscum (49) Norium prudentem

C 2

virum,

[48] Edit. Basil. *mulieres*.

[49] De Francisco Norio Cive nostro mentionem fecimus supra. Omisit hujus cognomen editio Basil. Ejus Domus

virum, & mercaturis Medicae familiae praefectum, ense per stomachum adacto uno vulnere perimit. Ejus cadaver spirans adhuc idem in (50) sacrarium, quo se Laurentius receperat, iniectum est.

Tum ego, qui eodem me contuleram, alique nonnulli, fores, quae aeneae (51) essent, occlusimus. Ita periculum, quod a Bandino ingrueret, propulsavimus. Dum fores servamus, trepidare intus alii, de Laurentii vulnere solliciti esse. Ibi Antonius Rodolphus Jacobi filius honestus adolescens Laurentii vulnus exugere. Ipse nullam suae salutis rationem ducere; sed rogare continenter: Ecquid Julianus valeat. Interdum vero & indignabundus minitari querique, quod a quibus minime aequum fuerat, sua
vita

mus ubi ubi Florentiae esset, asseritur in ea apertum fuisse anno 1496. Montem Pietatis in pauperum auxilium. Leo postea Decimus indulgentiam perpetuam concessit ultima die Dominica Aprilis visitantibus tria Altaria Ecclesiae S. Crucis Florentiae, ibidemque deprecantibus pro salute animae Francisci Antonii Nori, qui patris sui vitam servavit.

[50] Scilicet *nella Sagrestia nuova*, ut alii scribunt.

[51] Malè editio Basil. *alienae*.

vita peteretur. Continuo juvenum globus, qui Medicae domui fidi essent, ad sacrarii fores cum telis constipantur. Clamant (52) unanimes amicos sese, & necessarios. *Exeat, exeat Laurentius, priusquam adversa factio robur capiat.* Nos trepidi intus ambigere, hostes, an amici forent; rogitare tamen an incolumis Julianus. Ipsi ad ea nihil respondere. Tum Sismundus (53) Stupha egregius juvenis, & qui Laurentio jam inde a puero miro amore, mira pietate esset conjunctus, scalas conscendit (54), speculam, quae in Templum despiceret, ubi & organa essent musica, festinans petit. Facinus continuo ex Juliani cadavere, quod prostratum viderat, intelligit. Qui prae foribus adstant, videt esse amicos; jubet aperiri: illi frequentes Laurentium in armatorum globum adcipiunt. Domum per dispendia, ne
in

[52] *Clamant &c. necessarios.* His verbis carent editio Florentina, & Basileensis: sed ea suppeditant Codices Stroctiani.

[53] Sigismundus Comes del Calcione filius Domini Angeli. Angelus erat unus eorum ad convivium vocatorum juxta breve Chronicum Belfredelli, quod vide in Documentis.

[54] Basil. *ascendit, speculamque, qua in Templum.*

in Juliani cadaver incideret, perducunt.

Ego recta domum perrexī; Julianumque multis confectum vulneribus, multo cruore foedatum miserabiliter jacentem offendi. Ibi titubans, & prae doloris magnitudine, vix satis animi compos, a quibusdam amicis sublevatus, domumque sum deductus.

Omnia ibi armatorum plena erant, omnia faventium clamoribus personabant: strepitu, & vocibus tectum omne resultabat. Videres pueros, senes, juvenes, sacros, & prophanos viros arma capere: Domum Medicam quasi publicam omnium salutem defendere.

Interim Pisanus Praeful Caesarem (55) Petrucium Vexilliferum, quod ajunt, Justitiae, remotis arbitris in colloquium vocat, eo consilio, ut hominem trucidet. Velle se, ait, nonnulla Pontificis (56) referre nomine. Quidam ex Perusinis proscriptis, qui
homi-

[55] Caesar Dominici Tani de Petruccis Vexillifer Justitiae exitit pro mensibus Martio, & sequenti.

[56] Ita ab editione Basil. suppletur: *Pontificis &c.* usque ad *contemplatur*; quod nos libentissime inferimus.

hominem facinoris conscii in Curiam comitabantur, in publici cubiculum Scribae se coniiciunt, ubi locum idoneum teneant. Fores concludunt cubiculi, neque eas, ubi res postulat, aperire queunt, ita neque sibi, neque suis auxilio esse. At Caesar ubi titubantem Salviatum contemplatur, dolum suspicatus, lictores ad arma concitat: Salviatus metu perturbatus, e cubiculo se proripit. Ille in Jacobum Poggii filium incidit, eumque, ut est homo ingentis animi, capillo correptum humi deturbat, custodibusque servandum mandat: mox ad summam turrim (57) cum Dominorum (58) manu festinus evadit. Ibi quantum in se est, correpto e culina veru (nam id ei telum metus,

[57] Hanc vide in Documentis expressam.

[58] Domini Priores Libertatis fuere: Nicolaus Mariotti de Segnis, & Joannes Simonis Formiconi pro Quarterio, ut ajunt, Sancti Spiritus; Leonardus Petri a Filicaria, & Antonius Thomae Bufini pro Quarterio Sanctae Crucis; Mons Jacobi Simonis, ac Benedictus Silvestri Augustini pro Quarterio Sanctae Mariae Novellae; denique Jacobus Bartholomaei Gherardini cum Augustino Lotti Tanini a Scarperia pro Quarterio S. Joannis. Is omnes excommunicationis poenis damnati sunt. V. Documenta in fin.

tus, atque ira obtulerant) fores tuetur; suam atque publicam salutem magna animi praesentia acerrime defensat. Idem alii pro se quisque viriliter agunt.

Crebrae in Florentina Curia sunt januae (59): Eae a lictoribus occlusae, capita conjuratorum separant (60). Ita illi in multos diducti rivulos impetum perdunt. Interea omnis Curia intus fremere, paucique ex civibus eo convenire.

Jacobus autem Pactius, ubi spem necandi Laurentii se fefellisse intellexit, haud ignarus quantum sceleris in se admisisset, utraque palma suam ipse faciem ceciderat. Mox dum se domum (61) corripere priusquam de Templo egrederetur, ad terram prae angustia conlapsus est. Tandem ubi rem in angusto esse vidit, fortunam (62) periclitari deliberans, cum paucis ex necessariis

[59] Plures erant quam hodie.

[60] Codex 159. Bibliothecae Stroctianae: *segregant*.

[61] Basil. edit. *domum e Templo corripere*, ad terram prae angustia conlapsus est.

[62] Basil. *Fortunam tentare adgressus cum paucis necessariis*.

fariis recta in forum contendit : populum ad arma convocat . Nihil succedere illi ; verum omnes hominem scelestum , & tum prae formidine vix sonum vocis , qui exaudiretur , crumpentem , contemptui habere facinusque detestari . Is ubi nihil in populo auxilii videt , trepidare , animoque destitui .

Qui in summam Curiae arcem receperant se , saxa ingentia , telaque in Jacobum jacularantur : Homo pavitans domum se refert , Eodem & Franciscus , acceptis in eo tumultu gravibus vulneribus , repente confugerat .

Interim Laurentiani Curiam recipiunt . Perusini effracto ostio trucidantur [63] : Tum & in reliquos saevitum . Jacobum Poggii e
D fene-

[63] Codex MS. num. 67. Plutei decimi Bibliothecae Abbatiae Florentinae, quem mihi libentissime communicavit diligentissimus Pater D. Honoratus Bonamici Philosophiae ibidem Professor, habet : *Furono tagliati a pezzi circa a venti della famiglia dell' Arcivescovo ; inter quos cinque Perusini exules , juxta Strinatum . Hujus narrationis auctor habetur Antonius a Sancto Gallo . Carolus a Florentiola : Furono tagliati a pezzi e' dua Dottori Perugini , e tre loro fratelli , e quattro Preti del detto Cardinale .*

fenestris (64) suspendunt : Cardinalem comprehensum (65) magno praesidio in Curiam subducunt, aegreque hominem a populi impetu tuentur. Qui eum affectari consueverant, plerique a plebe occisi; omnia direpta, cadavera ipsa foede lacerata. Jam ante Laurentii fores caput (66) humanum lanceae praefixum, jam humeri partem adtulerant. Nihil tamen undique magis exaudiri quam populi voces: *Pilas, Pilas* (67); id enim Medicae familiae insigne est, clamitantes.

At

[64] Codex dictus: *alle finestre della Sala del Consiglio, alle ore diciotto*; nempe Curiae, vel Palatii Dominorum.

[65] Ciacconius ait tali, tantoque metu arreptum fuisse Cardinalem, ut exinde nunquam naturalem colorem acquisierit. Landuccii MS. *Il Cardinale rimase in Palazzo, e non li fu fatto villania; se non che gli feciono scrivere di sua mano al Santo Padre di tutte le dette novità.*

[66] Idem Lucas Landuccius legit: *un Prete del Vescovo fu morto in Piazza, e squartato, e levatogli la testa, e per tutto il dì fu portata la detta testa in sur una lancia per tutto Firenze, e strascinato le gambe, e un quarto dinanzi con un braccio portato in su uno spiede per tutta la Città gridando sempre: MUOIANO I TRADITORI.*

[67] Chron. Caroli e Florentiola: *Tutti gridando: VIVA LE PALLE, E MUOIANO I TRADITORI.*

At Jacobus Pactius desperatis rebus fugâ sibi consulit : portam, quae ad Crucis dicitur, cum armatorum manu (68) petit ; inde erumpit (69).

Interim ad Medicum aedes miro studio, miro favore populus confluere ; proditores ad supplicium flagitare ; nulli maledicto, nullis minis parcere, dum ad poenam sceleratos rapi cogerent. Ibi Jacobi Pactii domus vix a direptione defensa, Franciscus nudus, ac faucibus ex ipsis patruî aedibus a Petro Corsino, qui magna clientum manu stipatus eo accurrerat, ad laqueum rapitur pene semivivus : non enim facile, aut primum erat furenti populo temperare. Mox & Pisanus Praesul ex ea, qua & Franciscus

D 2 Pa-

[68] Chron. Caroli in fin: *Uscendo per la Porta alla Croce col detto M. Gio: Batista, ed altri assai.*

[69] Belfredellus Strinatus in Chronico : *L' altro dì ne venne preso Messer Jacopo de' Pazzi, che era fuggito ; e fu preso in Romagna, che fu a dì 27. e fu isaminato, e di subito impiccato a detta finestra del Palagio.* In aliquibus schedis MSS. in Calentinati provincia captum fuisse legitur.

Pactius fenestra (70) pendeat, supra ipsum exanimum (71) corpus suspenditur. Cum deiiceretur (72) [id, quod mirum omnibus visum iri arbitror] nemini tamen ignotum eo tempore extitit, sive id casus aliquis, seu rabies dederit, ipsum illud Francisci cadaver dentibus invadit; alteramque ejus mammillam vel cum laqueo suffocatus, apertis furialiter oculis mordicus detinebat. Post hunc & duo Jacobi ex Salviatorum familia laqueo guttur franguntur. Memini me tum venire in forum [nam domi quieta jam res erat] ibique multa cadavera foede lacerata passim videre projecta: Multa in ea populi ludibria, multae detestationes.

Erat enim Medica domus multis caussis populo grata. Tum Juliani caedem detestari

[70] *Alla finestra della Sala del Consiglio, juxta Codicem 67. Abbatiae Flor.*

[71] *Cod. 159. Stroct. exanimatum.*

[72] *Breve, seu Sententia excommunicationis Sixti IV. Eum publice in fenestris dicti Palatii eminentibus, coram populo in die Dominico laqueo turpiter suspendi fecere, cumque vitam finivisset, laqueo scindi, ut corpus ipsius in terram caderet, quemadmodum cecidit &c. procurare minime erubuerunt,*

ri omnes, indignum facinus clamitare. Juvenem egregium, delicias Florentinae juventutis, per scelus, per dolum, ac proditionem, a quibus minime oportuit, interemptum; familiam impotentem (73), ac facilem, Diis hominibusque infestam, tantum facinus perpetrasse. Stimulabat plebem & memoria recens ejus virtutis. Nam cum paucis ante annis equestre illud cataphractorum equitum certamen celebraretur, mira virtus Juliani extiterat (74), palmamque,

&

[73] Econtra Sixtus IV. in suo Brevis, de quo mentionem faciemus in Documentis, vocat praeclaram Domum, & familiam de Papis non perferentem equo animo tyrannidem, & conculcationem honoris, auctoritatis, & famae inclitae Civitatis.

(74) Qui in ludis equestribus triumphaverat anno 1468. Hinc non est qui ignoret inveniri veteris Florentinae editionis Opus Angeli Politiani vulgari sermone, cui titulus: *Stanze cominciate per la Giostra del Magnifico Giuliano di Piero de' Medici*, incipientes:

*Le gloriose pompe, e i fieri ludi
Della Città, che 'l freno allenta, e stringe
A' magnanimi Toschi, e i Regni crudi
Di quella Dea, che 'l terzo ciel dipinge,*

E;

& spolia domum reportaverat; quae res magnopere vulgi animos conciliat. Ad haec & facinoris indignitas accedebat. Neque enim quicquam tam scelestum dici, aut excogitari poterat, quod hujus atrocitatem sceleris adaequaret. Fremebant omnes, Juvenem pium, innocentem, in Templo, inter aras, & sacra crudeliter trucidatum; violatum hospitium, violata sacra, pollutum humano sanguine Templum: Ipsum autem Laurentium, in quem unum Florentina omnis Respublica recumberet, ipsum illum Laurentium, in quo spes omnes, opesque populi sitae forent (75), ferro petatum, id vero indignissimum clamitabant.

Jam ex omnibus municipiis, ut quaeque
Urbi

*E i premj degni agli onorati studi
La mente audace a celebrar mi spinge,
Sì, che i gran nomi, e i fatti egregi, e soli
Fortuna, o Morte, o Tempo non involi.*

quod sane Carmen, magnificum a Friderico Ottone Menckenio vocitatur. Turius fortasse est encomium Lillii Gyraldi, quod vide.

[75] Cod. 159. Stroct. erant.

Urbi proxima (76) essent, magna vis armatorum in forum, in trivium, in Medicam praecipue domum confluere; ostentare pro se quisque suum studium: Cives catervatim cum liberis, & clientibus polliceri suam operam, suas vires, atque opes: omnes ex uno Laurentio & publicam, & privatam pendere ipsorum salutem, dictitare. Videre erat continuos aliquot dies, undique in domum Laurentianam arma convehi, importari carnes, & panes, quaeque essent victui opportuna. Ipse Laurentius non vulnere, non metu, non dolore, quem ex fratris nece maximum coeperat, impediri quo minus rebus suis prospiceret: prehensare Cives omnes; gratiam se singulis habere, ipsis omnibus suam dicere salutem referre acceptam; populo se de ipsius salute anxio, nonnunquam e fenestris ostentare: Ibi adclamare omnis populus; manus ad coelum tollere; gratulari ejus saluti, exultare gaudio. Ipse rebus omnibus intentus agere, neque animo, neque consilio destitui.

Dum

[76] *Viciniora* in edit. Basileensi.

Dum haec aguntur, nuntiatum est Johannem Franciscum Tollentinatem Fori Cornelii (77) Praefectum cum delecta Equitum manu in nostrum agrum ex ipsis Fori Cornelii finibus irrupisse (78). Idem mox & Tiphernatem fecisse Laurentium (79), qua parte Senensium fines Florentinum discriminant agrum. Multorum nunciis, litterisque admonemur. Tum utcumque a nostris pulsum domum suam recepisse se. Nocte atra, vigiliae per Urbem dispositae; domus Laurentiana diligenter custodita: stationes armatorum in quadriviis, in foro, tota Urbe. Postridie ejus diei Johannes Bentivolus Bononiensis Eques, suaeque Princeps Reipublicae, vir multis officiis Familiae Medicum conjunctissimus in Mugellano cum aliquot equitum turmis, multisque peditum [80] cohort-

[77] Editio Basil. *Fori Livii*. Ita & paulo post.

[78] Franciscum Tollentinatem celebrem armis virum per Officiales Domini Potestatis pronunciatum est fuisse rebellem, de quo inferius in Documentis.

[79] Alias Laurentium Domini Amedei Tiphernatem. Vide Documenta.

[80] Cod. Stroctianus 159. *Militum*.

cohortibus auxilio venerat. Jamque tota Urbs peditibus oppleri coepta. Sed veriti Octoviri [81], quorum [82] princeps Dionysius Puccius, nequid milites praedae avidi tumultuarentur, delectis qui custodiae Urbis praeessent, reliquos, ut primum in Urbem venerant, suam quemque domum, aut sicubi usu fore decernerent, regredi jubent.

Renatus [83] interim Pactius, qui pridie ejus diei, quo facinus gestum est, in Villam Mugellanam se receperat, ibique milites cogeat, cum duobus fratribus Joanne, & Nicolao captus ducitur. Guillielmi,

E

ac

[81] Magistratus summae auctoritatis in Civitate constituunt Octoviri Baliae. Hi fuere excommunicationi obnoxii. Vide Bullam Sixti IV. in fin. ubi Pontifex de Laurentio Medice: *In unum ex Octo Civibus Florentinis de Balia nuncupatis, assumi, & eligi procuraverat.*

[82] Caret quorum princeps Dionysius Puccius editio Bafil.

[83] Renatus, Joannes, & Nicolaus Domini Petri filii. De Renato ita Belfredellus Strinatus: *Fue ancora preso di fuori Renato di M. Piero de' Pazzi nipote di M. Jacopo, e fu impiccato dopo M. Jacopo a dette finestre, scil. Curiae, seu Palatii Dominorum.*

ac Francisci frater Joannes [84] Pactius in horto quodam suae domui contiguo deprehendi-

[84] Nempe filius Antonii D. Andreae. Caussam odii Joannis Pactii sic affert Joannes Michael Brutus in Hist. Flor. L. VI. Nupserat forte per eos dies Joanni Pactio Joannis Borromaei hominis ditissimi unica filia; ad quam, mortuo patre, cum nullos praeterea liberos superstites reliquisset &c. bona patris haereditate omnia perveniebant. Cum is decessisset, ac Joannes Pactius soceri haereditatem uxoris nomine aditurum se nullo negotio putaret; Carolus Borromaeus Joannis mortui propinquus, cum eorum bonorum partem ad se pertinere contenderet, invasit. Qua de injuria adeo gravi, cum Pactius cum Carolo expostulasset; ubi nihilo sibi aequiorem futurum animadvertit, inficiantem, ac pertinacia summa suum jus persequentem, in judicium vocavit. Cognita causa judices magna quidem sua, ac gravi infamia decretum hujusmodi fecerunt, ut filia nullo jure, atque aequitate bonis patriis eversa, haereditatem illam omnem Carolo adjudicarent. Quod quidem tantum acceptum incommodum, cum gravius, atque acerbius contumelia fieret, Pactii ab uno Laurentio agnoscebant; quem non ignorabant, enixe Borromaei caussam gratia, atque auctoritate sua juvisse. Similibus verbis usus est Jacobus Nardius Hist. Lib. I. videlicet: *La Famiglia de' Pazzi nobilissima, e potentissima era mal contenta, e si teneva particolarmente gravata &c. dalla Casa de' Medici per cagione di certa eredità di donna, della quale era stata indebitamente privata per virtù d'una provvisione, e legge di nuovo fatta, che riguardava il tempo addietro &c. mediante la qual legge, che ancora infino ad oggi dura &c. le femmine non succedono al padre ab intestato. Così venne privata dell' eredità di Giovanni Borromei suo padre, la fanciulla maritata in Casa de' Pazzi &c.*

henditur. Qui Jacobum sequuti sunt, ab omnibus jam destitutum in Castaneo [85] Vico comprehendunt. Qui primus hominem adsequutus est, is fuit Alexander quidam agricola annis plurimum xx. natus; ipse homini manum iniicit. At Jacobus septem prolatis aureis obsecrare rusticum incipit, uti se neci dedat; neque vero id homini persuadet. Ut vero magis hoc, magisque precibus contendit, a fratre Alexandri scipione verberatur. Tum intellexit homo pavitans; verum esse quod dicitur: *Ducunt volentem fata, nolentem trabunt* [86]. Ibi Florentiam cum praesidio Octovirum, ne a plebe laniaretur, in Curiam prolatus, expressa nullo tormento totius facinoris confessione, paucis post horis laqueo poenas luit. Hic homo jam letho vicinus, haudquaquam sui illius rabidi furiosique ingenii obliviscitur;

E 2

manes

[85] Landuccius: *M. Jacopo de' Pazzi fu preso nella Falterona con nove suoi santi da quei del Castagno, e da altri*. Edit. Basil. in *Castaneto Vico*.

[86] Reprehendendus visus est Politianus Menckenio, quod homo valde eruditus anilibus fabulis sit deditus, sed hoc vitium saeculo adscribitur.

manes suos adverso Daemoni dedere se clamat. Post eum & de Renato supplicium sumptum [87]. Reliqui fratres in vincula coniecti [88]: Eorum minimus natu Galeottus, impubes adhuc muliebri stola amictus, fugam trepidus moliebatur: ibi agnitus in eundem carcerem coniicitur: Eodemque haud multo post & Andream Pactium Renati fratrem ex fuga retractum obtrudunt.

Bandinus fugitans in Tiphernatem incidit, a quo in aciem receptus Senas pervasit [89]. Neapoleo a Petro [90] Vespucio

[87] Renatus tumultatus est in Ecclesia S. Crucis.

[88] Codex Abbatiae Florentinae, de quo supra: *Furor no presi Andrea di Piero de' Pazzi, Giovanni, e Niccolò, e Galeotto, e Antonio de' Pazzi fratelli, trovati nell' Orto de' Monaci degli Angeli. Inde Niccolò, Giovanni, e Galeotto furono menati nella Torre di Volterra.*

[89] Strinatus ait. *Bernardo di Bandino Bandini sopradetto ne venne preso da Costantinopoli a dì 14. Dicembre 1479. e disaminato, che fu al Bargello, fu impiccato alle finestre di detto Bargello allato alla Doana a dì 29. Dicembre MCCCCLXXIX. che pochi dì stette: Etenim e Byzantio a Turcarum Imperatore Baiazethe captivus missus est, ductore Bernardetto de Medicis. V. Chron. Caroli a Florentiolla. Ad intelligentiam loci supplicii hujus praemittendum est quod Barigelli Officialis nostri, idest apparitorum primi*

cio (91) adjutus, fuga sibi salutem petiit (92). Aliquot post dies & de Joanne Baptista supplicium sumptum (93).

Qui

mi Aedes tunc erant in Platea Dominorum, ut vocant, contiguae Dohanae, versus Ecclesiam S. Crucis, & hic usque ad annum 1539. in quo pro Barifello substitutum est Palatium D. Potestatis Florentiae, quod hodie vulgo audit *il Bargello in Via del Palagio*.

(90) Scilicet a Petro Juliani Lapi de Vespucciis. V. Belfredelli Strinati Chron. in fin.

(91) *Vespuccio Equite* addit edit. Basil.

(92) Chron. Caroli: *Morì di morbo l'anno seguente nel Campo del Duca di Calabria*. Edit. Basil. pro salutem petiit: consuluit.

(93) Idest dominantibus Prioribus Libertatis D. Aloysio Petri D. Aloysii de Guicciardinis, & Paulo Antonio D. Thomae de Soderinis pro Quarterio S. Spiritus; Laurentio Matthaei Morelli, & Philippo Simonis Salamonis del Garbo pro Quarterio Sanctae Crucis; Ser Ludovico Francisci Bueri, ac Leonardo Joannis Bencini pro Quarterio S. Mariae Novellae; atque Hieronymo Ser Antonii Mariani, cum Gherardo Joannis Marinelli pro Quarterio S. Joannis, pariter excommunicationis poena subjectis, quorum officium incepit pro duobus mensibus die prima Maii. Codex num. 67. Bibliothecae Abbatiae Florentinae haec habet: *A dì 1. Maggio venne preso Messer Gio. Batista da Monte Secco, e a dì 4. di detto mese gli fu tagliato la testa al Palazzo del Podestà*. In aliquibus schedis Bibliothecae Strozianae: *Magnificus Vir Joannes Baptista Perfecti de Monte Sicco armorum ductor fecit Testamentum, rog. Ser Franciscus Petri*

Qui Laurentium percusserant Antonius Volaterranus, & Stephanus, in Florentina Abbatia aliquot dies latuere. Id ubi rescitum, continuo gregatim eo populus convolat; vixque ab ipsis Monachis, quod religione prohibiti, non eos indicassent, manum abstinent; adreptos sicarios foede lacerant (94): ibi demum mutilato naso, trun-

Petri de Monticulo . Sepulturam elegit in Ecclesia Abbatiae Florentinae. Hic brevi se moriturum sentiens, conjurationis hujus initium, & progressum propria manu scripsit, quod vide in Documentis. In notis quibusdam ad Librum, cui titulus Il Priorista: Fu tagliato il capo sulla Porta del Podestà a Gio. Batista da Monte Secco.

(94) Codex Abbatiae Flor. A dì 3. di Maggio furono presi nella Badia di Firenze Messer Antonio da Volterra, e Messere Stefano Cancelliere di Messer Jacopo de' Pazzi vestiti da Monaci, e a dì 4. furono impiccati alle finestre del Podestà. Subditque Strinatus: Furono impiccate molte persone al Palagio del Podestà, che seguivano quei sopra nominati, e il forte de' famigli dell' Arcivescovo, e di Messer Jacopo, e di Gio. Batista detto. De officio, comitiva, & habitatione Domini Potestatis Florentiae notitiam vidi MSS. apud Dominicum Mariam Mannium, ubi refellitur id quod Ricordanus Malespini, aliter Riccardaccius, & Joannes Villanus opinati sunt circa hujus Officii initium anno 1207., nam usque de anno 1190. exisibat, moramque trahebat Potestas in Episcopali Palatio Florentino. Post aedificatum Palatium, quod hodie

truncis auribus, multis colaphis contusi, ad laqueum post confessionem sceleris rapiuntur. Praemia deinde publice his decreta, ac per praeconem denunciata, qui Bandinum, & Neapoleonem aut occiderant, aut viventes agerent captivos. Guilielmus [95] Patius, qui affinitate fretus in Laurentianam domum confugerat, una cum liberis ejus vigesimum trans quintum ab Urbe lapidem proscribitur. Multae praeterea insequutae caedes, atque omnes conscii partim caesi, partim in vinculis habiti, aut proscripti sunt.

Romae ubi nunciatum est, maximus dolor, mira omnium de Laurentii incolumitate exultatio.

Funus

hodie *il Bargello* dicitur, ibi cum Potestate duo Judices Collaterales pro causis civilibus, unus Judex pro maleficis, quatuor Notarii, octo Domicelli, & alii inhabitabant. Erat ibidem & Conestabilis cum 25. berroveriis. Ibi autem de Antonio, & Stephano supplicium sumptum est.

[95] Mitior quam Politianus ait, videtur sententia Guilielmi in Documentis, simulac in notis, ac schedis MSS. Bibliothecae Stroctianae.

Funus [96] Juliano magnifice ductum, & iuxta manibus in Divi Laurentii Templo perfoluta [97]. Pleraque juvenus vestem mutavit. Ipse undeviginti vulneribus perfolatus erat. Annos vixerat quinque [98] & viginti.

Ubi rescitum est a Petro Vespuccio Neapoleonem adjutum, continuo & ipsum capiunt. Hic homo prodigus jam inde a pueritia bona paterna dilapidaverat: quamobrem

[96] Landucci Diar. A dì 30. fu l'Ascensione, e fecesi l'Esequie di Giuliano fratello di Lorenzo de' Medici in S. Lorenzo.

[97] Alibi & iuxta perfoluta sunt, praesertim in saeculari Societate Magorum, Divi Pauli nuncupata, quae coadunabatur in Ecclesia Sancti Marci ad Praedicatores, cujus Societatis Julianus tunc temporis Gubernator existerat.

[98] Filium post se reliquit, de quo Codex Abbatiae Florentinae haec habet: Antonio da San Gallo andò allora a trovar Lorenzo dicendo, che essendo morto Giuliano ei non aveva potuto far noto, come aveva avuto da una donna de' Gorini sua amica un figlio, già un anno, quale aveva tenuto egli a battesimo, e stava al rincontro della sua Casa antica nella Via di Pintii. Il detto Lorenzo l'andò a vedere, e dettelo alla cura del medesimo Antonio, dove stette fino al settimo anno. Hic evasit postmodum Summus Pontifex, nempe Clemens Septimus. Errat Nigrius loquens de natali tempore hujus filii.

obrem & hereditatis jure parentis testamento mox cecidit. Domi erat illi summa inopia, foris grande aes alienum: quare & praesenti republica offendebatur, & rerum novarum cupiens erat. Atque is, ut primum Juliani caedes patrata [99] est, coepit, ut erant hominis subita, ac repentina consilia, Paetiorum facinus verbis adtollere: Mox, ut omnem populum, omnes cives vidit a Laurentio stare, confestim se ad diripiendam Paetiorum domum corripuit; natusque praedam inhiantes milites parum abfuit [nisi Petrus Corsinus egregius juvenis ejus ferociae occurrisset] quin Civitatem omnem, bona, fortunasque Civium in summum periculum adduceret; adeo homo praiceps, ac furiosus populum, militesque omnes ad praedam animaverat [100]. Demum & ipse in carcerem conjectus, & Marcus filius, ad quintum ab Urbe lapidem proscriptus [101].

F

Paucis

[99] Edit. Basil. tantum *transacta*.

[100] Chron. Caroli a Florentiola: *M. Piero detto di fu preso, e collato, e confinato nelle Stinche, che prima era stato tanto gagliardo all' occisione de' traditori.*

[101] Vide eorum condemnationes in Documentis.

Paucis post diebus cum juges pluviae essent insequutae, repente ex omnibus agris magna vis hominum in Urbem confluit. Nefas esse clamitant Jacobi Pactii corpus in sacro conditum. Ideo tandiu perpluisse, quod hominem nefarium [102], & qui ne in morte quidem religionis ullam, aut Dei rationem habuerit, contra jus, fasque in Templo condiderint. Officere id [quae vetus est rusticorum superstitio] lactentibus adhuc frumentis: idem & plebs omnis, ut in tali re assolet, passim dictitare. Mox vero ad ipsum sepulcri locum conveniunt frequentes, effossumque hominis cadaver, in pomerio [103] defodiunt: Statimque foedatus nubibus aer [adeo plebis opinioni fortuna favebat]

[102] *Tam scelestum pro nefarium* edit. Basil.

[103] In notis ad antiquum Regestum vulgo *il Priorista Fiorentino*, jam penes Ugolinum Mazinghium: *Tutti quelli della Congiura de' Pazzi, che furono giustiziati, furono sotterrati nel Carnaio di S. Piero Scheraggio, cioè nella Corticina, che va alla Piazza del grano, eccetto Renato de' Pazzi, che fu sotterrato a S. Croce nell'avello, e Messer Iacopo de' Pazzi, che fu sotterrato tra la Porta della Giustizia, e quella della Croce [scilicet in pomerio] e poi fu disotterrato, e gettato in Arno.*

vebat] Solis fulgorem coepit ostendere.

Postridie ejus diei, id quod monstri simile visum est, puerorum ingens multitudo, velut quibusdam furiarum arcanis facibus accensa, conditum rursus cadaver effodiunt; prohibentem nescio quem, parum abfuit, quin lapidibus necarent. Eum, quo fuerat suffocatus, laqueo adprehendunt multis convitiis, ac ludibriis per omnes Urbis vicos raptant. Alii enim perridiculum praeceuntes, decedere viae obvios jubere, quod se Equitem insignem dicerent adducere; alii baculis, stimulisque increpitantes monere hominem, ne praestolantibus se in foro Civibus esset in mora: Mox ad suas adductum aedes [104], januam capite pulsare subigunt, simul exclamant: ecquis intrus familiarium sit, ecquis redeuntem magno comitatu domum excipiat. In forum

F 2

veni-

[104] Landuccius scribit: *Quando furono all' uscio della sua Casa messono il capestro nella campanella dell' uscio, e lo tirorno su dicendo: Picchia l'uscio.* Aedes Paetiorum ad angulum de Paetiis dictum, nec non in via, quae nuncupatur *Borgo degli Albizzi*; de quibus inferius alia adnotabimus.

venire prohibiti , ad Arni flumen contendunt, eoque cadaver abiiciunt. Id cum supernataret , magna vis rusticorum convitia fundentes subsequebantur . Unde & quidam non irridicule dixisse fertur ; fuisse illi omnia ex sententia successura , si quem extinctus habuit populi comitatum , & vivens habuisset .

Multa praeterea iocularia Carmina [105] in Jacobi Pactii contumeliam , inque omnium conjuratorum detestationem passim per Urbem a pueris cantitata ; multi undique famosi libelli in eisdem conscripti [106].

Bona eorum in publicum adducta [107] ;
fa-

[105] Landuccius : *Levorno una Canzona , che diceva certi strambotti , e fra gli altri : M. JACOPO GIU' PER ARNO SE NE VA &c.*

[106] Ex iis merito dici possunt tria Epigrammata Politiani , quae editio Basileensis suppeditat in calce referenda .

[107] In notis ad antiquum Regestum penes Ugolinum Mazinghium : *Si feciono Ufficiali de' Ribelli pe' Beni de' Pazzi* . De eorum bonis mobilibus in Archivo Artis Mercatorum Civitatis Florentiae hanc mentionem reperit Carolus Senator Stroctius : *Galeotto di M. Piero di M. Andrea de' Pazzi crede di M. Jacopo di M. Andrea de' Pazzi , e cessionarto d' Andrea , e di Niccolò de' Pazzi eredi di detto M. Jacopo*

factumque Senatusconsultum ne quis post
eam diem ejus nomen familiae usurparet ;
ne

*Jacopo domandano a Ruberto di Ristoro d' Antonio di Salvestro Serristori più gioie , danari , e robe di valuta , che &c. si credeva , che detto Ruberto avesse l' anno 1478. per il caso de' Pazzi sgombrato di casa di M. Jacopo. Robertus frater fuit Magdalenae uxoris Jacobi . In Ephemer. Lucae Landuccii haec leguntur : A dì 5. di Maggio 1478. si vendette all' incanto i cavalli , e muli di questi Messer Jacopo , ed altri . In Archivo Generali Florentino in publicis Tabulis Ser Stephani Philippi Ser Stephani de Laterino sub anno 1480. die 23. Maii scribitur : Pateat omnibus evidenter , quod spectabiles Viri Joannes Baptista Leonardi Marci de Bartolis , Antonius Taddei Philippi Taddei , Thomas Luvisii D. Laurentii de Ridolphis , Joannes de Portinariis , Franciscus Zenobii Bernardi Girolami , & Pierus Francisci Pauli Giannozi Vettori Cives honorabiles Florentini procuratores , & syndici , ut dixerunt , bonorum , & rerum Paziorum infimul adunati , servatis servandis &c. eligerunt , & deputaverunt in eorum , & dicti Officii Scribam Amerigum Nicolai de Frescobaldis . Item elegerunt Ser Antonium Ser Anastasii Ser Amerighi de Vespucciis in eorum Notarium . Item elegerunt D. Bernardum D. Joannis Bongirolami , D. Antonium Pieri Nicolai de Malegonnellis , & D. Puccium Antonii de Pucciis in Advocatos dicti Officii . Actum in Palatio Dominorum , & in Camera Joannis Baptistae Leonardi Marci de Bartolis , praesentibus Fratre Guglielmo Amerighi fratre Palatii , & Balduccio Rinaldi Praeceptore Dominorum . Inter bona Paziorum immobilia recensentur Aedes in populo S. Proculi Francisco Cybo anno 1480. donatae quum eum in Civitatem recepit Florentina Respublica ; itemque Villa , de qua supra ,
alla*

ne qua usquam Pactiorum insignia remanerent [108] ; neve quis nostra in Rep. affinitatem cum ipsis contraheret : qui contra faceret, eum contra Remp. contraque Senatus auctoritatem facere .

Ex hac tanta rerum commutatione ,
 saepe ego de humanae fortunae instabilitate
 sum admonitus , maximeque admiratus in-
 cre-

alla Loggia, quam postea Albericus Cybus possedit Florentinorum beneficio .

[108] Gamurrinius addit Tom. III. pag. 127. *Furono levate tutte le loro arme da ogni , e qualunque luogo , tanto sacro , che profano ; e fu proibito , che il Carro , che il Sabato Santo si accendeva di fuoco benedetto davanti la Chiesa di S. Giovanni , maipitù in avvenire si fermasse davanti le loro Case .* Quicquid fuerit de hoc , statim restitutae fuerunt familiae Pactiorum honores , & dignitates . Attamen proditorum effigies in pariete turris Palatii Potestatis temporis injuria fugientes & nunc quodammodo cernuntur . Georgius Vafarius in Vita Andreae del Castagno : *Fu deliberato dalla Signoria , che tutti quegli della Congiura fussino come traditori dipinti nella facciata del Palagio del Podestà , onde essendo quest' opera offerta ad Andrea , egli come servitore , ed obbligato alla Casa de' Medici , l' accettò molto ben volentieri &c. La fece tanto bella , che fu uno stupore , nè si potrebbe dire quanta arte , e giudicio si conosceva in quei personaggi ritratti per lo più di naturale , ed impiccati per i piedi . Poena traditorum erat depingi deorsum pedibus appensis .*

credibilem omnium de Juliani interitu dolorem . Cujus quae forma corporis , quive habitus , qui mores fuerint , paucis [109] absolvam . Statura fuit procera , quadrato corpore , magno , & prominenti pectore ; teretibus , ac musculosis brachiis , validis articulis , compressa alvo , amplis femoribus , suris aliquanto plenioribus , vegetis , nigrisque [110] oculis , acri visu , subnigro colore , multa coma , capillo nigro , & promisso , atque in occiput a fronte rejecto : equitandi , jaculandique gnarus : saltu , & palaestra excellens : venatu mirum in modum delectari solitus : vigiliae , atque inediae juxta patiens : potionis adeo exiguae , ut ea aliquando vel integrum diem sponte abstinuerit . Magni erat animi ; maximae constantiae ; religionis , & bonorum morum cultor ; picturam [111] maxime amplectebatur , & musicam ,

[109] Editio Basil. *paucis perstringam* .

[110] Codex Stroctianus 159. legit *magnisque* . Ed. Basil. omittit .

[111] Julius Nigrius in *Historia Scriptorum Florentinorum* haec refert : *Dilettavasi della Musica , Pittura , e Poesia* :

ficam, atque omne munditiarum genus: ingenio erat ad Poesin non inepto. Scripsit nonnulla etrusca Carmina [112], mire gravia, & sententiarum plena: amatoria Carmina libens lectitabat. Facundus erat, & prudens, minime tamen promptus. Idem & urbanitatum mirus amator, & ipse non inurbanus: mendaces magnopere oderat, & injuriarum memores. In cultu corporis mediocris; mire vero elegans, & lautus. Gravis decorusque erat ejus incessus; atque omnino digni-

sia: sopra tutto amò le Muse Toscane. Scrisse alcuni versi gravi, e sentenziosi. Marsilio Ficino gl' invidiò quattro lettere sopra la dottrina Platonica, e commendò in esse lo stile Tulliano, che nelle sue Epistole amava, ed esprimeva il Medici. Et revera: Perge, inquit Ficinus, quaeſo, lustra diligenter hortos, ut coepisti, jam Tusculanos. Nam si Tullianos flores exercitatione annua lambes, nectareum mel denique fundes.

[112] De his pulchre Franciscus Octavius in Libello De Coetu Poetarum [in carminibus illustrium Poetarum Italor. Tom. VII. pag. 12.]

greffia, di là si era mezzo vivo finalmente a sua casa condotto. Allora incrudelito il Gonfaloniere verso i congiurati, come quello, che da' Medici aveva avuto lo stato, e da figliuolo di coltriciaio era a gradi onorati, e finalmente alla somma dignità del Gonfaloniere pervenuto; accozzatosi con gli Orto, comanda, che gittato un capresto al collo dell' Arcivescovo, e de' suoi Salviani, e del Poggio, quelli alle finestre del Palagio s' impicchino, sicchè dal popolo possan esser veduti; gli altri, o scannati, o semivivi fuor dalla porta, o dalle finestre in piazza si gittino, e che a niuno si perdoni, che morto non sia. In somma di quelli, che coll' Arcivescovo vennero in Palagio, fuor d' uno, il quale dopo quattro dì fu trovato presso che morto dalla fame nascoso fra le legne, e fuggli perdonato; tutti gli altri, quali in un modo, e quali in un altro perirono. (2)

PLA-

pere vulnus iterantem avertit, retroque incedens se ab alio vulnere dexterrime quidem expiavit, atque ita ferro transfixus in Sacrum repente advehitur, viris patritiis quam plurimis opitulantibus, quem mox ex hostium faucibus eripere; nec defuerunt oculati testes, qui mihi percunctanti referaverint virum quemdam Sacris initiatum, qui dum negotiosus in Templo in eo sanguinario conflictu incederet, Laurentium ferro trajectum conspiciens recrudescens ictum eidem infligendum exhibuit; ex suo namque brachio prope clypeum exhibuit, qui ab eodem Anton. Volater. acerrimo vulnere consauciatur, semiconcisum brachium gerens ingentem clamorem erexit.

(2) De hac conjuratione scripsit praeterea Julianus Gosselinus Romanus similium rerum scriptor; at multis post factum lustris, utpote qui anno natus 1525. diem suum obiit anno 1587. ideo Synchronorum, clariorumque Auctorum auxilio freti, praetermissimus hujus historiam consulere, latitantem, ut audio, in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium Civitatis Mediolani.

PLATINI PLATI
PATRICII MEDIOLANENSIS

(*) CARMEN,

CUI TITULUS

Ad Laurentium MEDICEM de interitu Juliani.

P Ecce quere minus, cum facere Senatum,
Telaque Caesarea caede cruenta patres,
Quam parricidae, qui perfudere Deorum,
Sanguine Laurenti Tempia vetusta, tuo,
Germanique tui truncharunt corpus ad aras,
Luce magis propria qui tibi charus erat.
Hi vos incautos armis petiere nefandis,
Ut viduam geminis opprimerent patriam.
Tu patriae servatae pater, Polluce perempto.
Ille tibi Pollux, tu sibi Castor eras.
Vive tuum, fraterque tuus quod debuit, aerum
Saecula qui tecum vivere dignus erat.
Interea venient nati, venientque nepotes,
Sustineant MEDICES qui decus omne domus;
In quibus ut Phenix, renovabere, quod tua Virtus,
Et populi pietas officiosa tui.
Et pia praestabunt debentia Numina donis
Patris, avique tui, munusculisque tuis.

EJUS-

(*) Impress. Mediolani apud Gersundum Pontium 1506.
in 4.

EJUSDEM PLATINI

(*) CARMEN,

CUI TITULUS

Julianus MEDICES ad Laurentium fratrem.

O Mibi culte loco, fraterque reperte parentis,
 Nil ego curarum quo remove[n]te tuli.
 Ne placeam Regi, qui me dignatur Olympo,
 Si non offendis me pietate tua.
 Non amo Laurenti vitam, quam ducis acerbam;
 Flens desiderio nocte, dieque mei.
 Ut leviter mea fata feras tibi supplico frater,
 Vindictaeque genus deprecor omne meae.
 Poenarum satis est a percussoribus haustum,
 Et tua plus aequo fletibus ora madent.
 Desine continuis frustra cruciatibus angī,
 Pax tibi siqua foret, pax mihi summa foret.
 Omnia persolvit vivo tuus, atque sepulcro
 Omnibus officiis accumulatus amor.
 Mutuus ille fuit, neque enim superabar amando;
 Crede mihi, Frater, mutuus ille fuit.
 Fortiter occubui cum te superesse putavi,
 Sospite quo videor non periisse mihi.
 Parce tuo moerore meam venare quietem;
 Hoc ego cum patria, quam tuare, precor.

(*) Impress. in Carm. illust. Poetarum Italorum Tom. VII. Florentiae 1720. apud Tartinium.

SENTENTIAE

DOMINI MATTHAEI DE TOSCANIS

De Mediolano Pœstaris Florentiae anno 1477.


¶ 1478. Ex Codice L. 71. celebris

Bibliothecae Stroëtianae Florentiae.

Die 3. Augusti 1478. (1)

S

(1) Notandum quod ordo inversus dierum, & mensium
ita est in MS. originali.



AGNIFICI Octoviri Custodiae, & Baliae Civitatis Florentiae in numero sufficienti collegialiter congregati, intellecto, & recepto qualiter olim

Dominus Jacobus Domini Andreae de Pazzis, Dominus Franciscus Bernardi de Salviatis, & Franciscus Antonii Domini

Andreae de Pazzis homines nefandissimi, & Patriae proditores jam pluribus annis diabolica persuasione instigati conspiraverunt insimul in perturbationem,

S 2

&

& everſionem pacifici Status, & Libertatis Reipublicae Florentinae, & pluries, & pluries diverſis temporibus invicem habito colloquio ſtatuērunt totam familiam de Pazzis praediſtis hora determinata propter id convocare; & ſic factum fuit, prout idem proditor Dominus Jacobus ſine tortura confeſſus fuit, & pluries affirmavit in praefentia plurimam Civium, & principal. Civitatis Florentiae, & quadam die praediſti coadunaverunt Guilielmum, Joannem, & Franciſcum fratres, & filios olim Antonii Domini Andreae, Dominum Antonium, Rematum, & Andream fratres, & filios olim Domini Petri de Pazzis praediſtis in domo dicti Jacobi, & talibus verbis idem Dominus Jacobus eis alloquutus eſt: *Voi vi dovete eſſere avveduti, come Lorenzo de' Medici, e gli altri ſuoi ſeguaci ci hanno fatto più volte dimoſtrazione di volerci far male, e che conviene, che 'l fine ſia triſto: farebbe buono provvederci*; & ſimilibus verbis procuravit intelligere eorum intentionem, & omnes conſenſerunt, & affirmaverunt praediſta vera fuiſſe, & ſe promptos, & paratos, & diſpoſitos eſſe omnia ipſius Domini Jacobi mandata adimplere; quam diſpoſitionem, & omnia ſupraſcripta dicti de Pazzis cum dicto Domino Franciſco Salviato communicaverunt, adeo quod infra paucos dies dictus Dominus Franciſcus Salviatus, & Franciſcus de Pazzis Romam ſe contulerunt, & praediſta nota fecerunt Comiti Hieronymio Riario, & quibuſdam aliis Dominis, quorum nomina pro meliori tacentur, & demum firmaverunt Statum Reipublicae Florentinae evertere; affir-

man-

mantēs fieri nullo modo posse, nisi interficerentur Laurentius, & Julianus Medices, quos necare firmaverunt, & ad tam immanissimam proditorem consiliarios convocarunt Joannem Baptistam de Monteficco (1), Joannem Franciscum de Florentino, & Dominum Laurentium Domini Amidei de Castello homines iniquissimos, & scelestissimos, quibus eorum iniquissimam dispositionem aperuerunt, & communicaverunt, & ipsis inventis conformibus, & ad hoc bene dispositis, statuerunt Franciscum Salviatum Pisas secedere, & Florentiam Franciscum Pazzium, Imolam Joannem Franciscum Tolentinatem, & Joannem Baptistam de Monteficco, & Dominum Laurentium ad Civitatem Castelli, qui omnes praesto essent cum satellitibus ad diem caedis, & sic omnes ad ordinatum locum secesserunt. Venit postea Dominus Franciscus Salviatus cum novo Cardinali (2) Riario Montughium Domum ejusdem Domini Jacobi Pazzii, in quo loco pluries, & pluries de prodicione praedicta colloquium habuerunt, & dato ordine, & convitato ad convivium dicto Cardinali Fesu-

(1) De *Monteficco*, alias *Montisecco* oppido Provinciae Aprutinae prima denominatio legitur in publicis Florentinis Tabulis Ser Philippi Bonamici sub anno 1330. Aliam legi Florentinae in literis patentibus Ferdinandi I. Magni Etruriae Ducis anni 1592. apud Cl. virum Domin. Mariam Mannum in favorem Curtii a Montisecco, utpote ferarum occisoris, ad Lupos exterminandos in maritimis Pifarum, Senarum, & Volaterrarum, quibus ditio illa tunc temporis infestabatur.

(2) Scilicet Raphael, electo non ut placet Giacomo IV. Id. Decembris anni 1478. sed 1477.

Fefulis in domo eorundem Laurentii, & Juliani ; ubi ipsi, ni Julianus quia non bene se habebat abfuiſſet, ipſos Laurentium, & Julianum Medices in convivio necaſſent, & cum ſe offerret Laurentius ſi quid ruri omiſſiſſet, in Urbe libens melius, & lautius res acturus, acceptaverunt illi, veneruntque die Dominica 26. menſis Aprilis prox. praet. Florentiam cum inſcriptis, & multis equitibus, & ordinata ſolemni Miſſa in Cathedrali Eccleſia Florentina, ubi Laurentius, & Julianus Cardinalem expectabant pro eo ducendo cum comitiva ſua ad convivium in eorum aedibus, ſumptuoſiſſime, & lautiffime paratum, & conventionem inter proditores praedictos facta de modo, & tempore eos interficiendi, videl. Quod in elevatione Corporis Chriſti dictae ſolemniſ Miſſae utrumque eorum trucidarent, & dictus Dominus Franciſcus Salviatus relictis Cardinali, audita campana in dicta elevatione Corporis Chriſti cum multis ſotiis armatis pub. Palatium Florentinum intraret, & occuparet. Et cum dictus Laurentius, & Julianus inermes ſtarent in dicta Eccleſia ſine aliqua ſuſpicionem ad videndum conſecrari Corpus Chriſti, inſultus, & aggreſſus in eos factus fuit a Franciſco de Pazzis, & aliis pluribus ſuis ſotiis armatis armis veneno infectis, qui ſtatim occiderunt dictum Julianum Medicem, & Franciſcum Norium, & Laurentium animo eum occidendi graviter vulneraverunt, & dictus Dominus Franciſcus Salviatus cum multiis ſotiis armatis dictum Palatium Florentinum ingreſſus proditorie, & ſub nomine, & colore praefentandi cujuſdam Brevis Papalis,

palis, occupare conatus est, & Vexilliferum Justitiae, & Priores Libertatis interficere, & pacificum statum, & libertatem ipsius Civitatis Florentiae subvertere; & dictus Dominus Jacobus cum magna armatorum comitiva, & maxime cum dicto Joanne Baptista de Montesicco, & sua comitiva, & multis equestribus balestreriis, & sagittariis Portam Crucis Civitatis Florentiae invaserunt, & comprehenderunt, & relictis ibidem custodibus, ut, si opus esset, per eandem portam evadere possent, se ad dictum Palatium contulit cum magna comitiva dicto Domino Francisco Salviato auxilium, & favorem praestando, & populum Florentinum ad rumorem sublevando, & coartando. Et videns dictus Dominus Jacobus Populum Florentinum ad defensionem supradicti Laurentii intentum, per dictam Portam cum dicto Joanne Baptista de Montesicco cum eorum sociis, & famulis aufugerunt, qui a subditis, & Comitatinis Communis Florentiae capti fuerunt, & dictus Dominus Franciscus a Prioribus praedictis, & Vexillifero Justitiae etiam captus cum sua comitiva, quam armatam secum habebat; & demum sine tortura, vel aliquo tormento examinati totam dictam prodicionem confessi fuerunt, & confirmaverunt ad unum se concordantibus, & convenientibus omnibus; ex quibus quidam dictis de causis suspensi, & interfecti fuerunt. Et reperto qualiter dictus Joannes Franciscus de Tolentino cum magna armigerorum, & peditum comitiva ad Comitatum, & territorium Florentinum accessit in partibus Romandiolae, & dictus Dominus Laurentius

tius cum majori comitiva in partibus Aretii, prout ordinaverunt, pro dicta nefandissima prodicione perficienda.

Idcirco habito super praedictis omnibus, & singulis sano, & maturo consilio, vigore cujuscumque auctoritatis, potestatis, & baliae, omni meliori modo, via, jure, forma, & causa, quibus magis, & melius potuerunt, servatis servandis, deliberaverunt, scribunt, committunt, imponunt, & mandant vobis praesenti Domino Potestati dictae Civitatis Florentiae quatenus vigore praesentis deliberationis, ac commissionis, & bullettini per vestram sententiam declaretis, pronuntietis, & sententietis dictos

Dominum Laurentium Domini Amadei de Castello, &

Joannem Franciscum de Tolentino, & utrumque eorum fuisse, & esse Rebelles Communis Florentiae, & quod contra eos, & utrumque eorum locum habeant, & observentur omnia, & singula Statuta, & ordinamenta, edita, & facta contra Rebelles Communis Florentiae : & dictos olim

Dominum Jacobum Domini Andreae de Pazzis.

Renatum Domini Pieri Domini Andreae de Pazzis.

Franciscum Antonii Domini Andreae de Pazzis.

Jacobum Bernardi Domini Jacobi de Salviatis,

Jacobum Jacobi Domini Jacobi de Salviatis,

Jacobum Domini Poggii Guccii Bracciolini.

Dominum Franciscum Bernardi Domini Jacobi de Salviatis.

Do-

Dominum Antonium Domini Gherardi de Maffeis de Vulterris.

Dominum Stefanum Ser Nicolai de Bagnone olim Cancellarium dicti Domini Jacobi de Pazzis.

Joannem Dominici dictum Brigliaino; & Joannem Baptistam de Montescico suspensos, & interfectos in prodicione praedicta, & quilibet eorum tempore eorum mortis fuisse rebelles Communis Florentiae, & ipsos, & quemlibet eorum fuisse iuste suspensos, & interfectos; & eorum, & cujuslibet eorum memoria, fama, & nomina fuisse, & esse in perpetuum damnata, & detestata; & ita per vestram sententiam damnetis, & detestemini, & eorum, & cujuslibet eorum bona fuisse, & esse confiscata, & applicata, & seu publicata Camerae, & Fisco Communis Florentiae, & sic dicta vestra Sententia confiscetis, & publicetis, & insuper declaretis eos, & quemlibet eorum subjacuisse, & subjacere omnibus poenis, & praejudiciis editis, introductis, & ordinatis, & factis per Leges, Statuta, & Ordinamenta quaecumque contra rebelles Communis Florentiae.

Cum hac tamen conditione, & reservatione, quod pro praedictis, vel aliquo praedictorum filii dicti Renati de Pazzis, & dicti Domini Antonii de Maffeis de Vulterris non afficiantur, vel ullo modo suppositi sint aliquibus poenis, vel praejudiciis ordinatis, vel introductis contra filios rebellium Communis Florentiae, singula singulis congrue referendo. Et ulterius dicta vestra sententia relegetis, & consinetis Gherardum filium olim di-

T**fi**

ſci Domini Antonii Domini Gherardi de Maffeis extra dictam Civitatem Florentiae, & Civitatem Vulterrarum, & procul ab ipsis Civitatibus, & qualibet earum quinque miliaribus ad minus circum circa, & nequeant exire de Jurisdictione Florentiae durante tempore eorum vitae, ad quae confinia teneantur, & debeant ſe praefentare infra octo dies proxime futuros poſt notificationem eiſdem fiendam ſub poena rebellionis, in quam ipſo facto quod contraſacerent, aut qui ex eis contraſaceret, incurrat, & incurrant. Et pro majori validitate ſint ſuppoſiti, & affecti omnibus poenis, & praejudiciis ordinatis, & introductis contra relegatos, vel rebelles Communis Florentiae quandocunque, & maxime in anno 1434. ſingula ſingulis congrue referendo. Mandantes &c. Lat. dat. &c. per dictum Dominum Poſteſtatem die 4. Auguſti 1478. Ind. 11.

Die 28. Aprilis 1478. Ind. 11.

Magnifici Octoviri Cuſtodiae, & Baliae Civitatis Florentiae ſimul &c. Attendentes &c. Viſa nefandiſſima conſpiratione &c. deliberaverunt, ſcribunt, committunt &c. vobis Domino Poſteſtati &c. per veſtram Sententiam relegetis, & confinētis

Dominum Antonium Domini Pieri Domini Andreae de Pazzis Episcopum Melatenſem (1) in dicti

(1) Militenſem appellat Breve Sixti IV. ſupra citatum.

dicti ejus Episcopatus Dioecesi, & jurisdictione perpetuo ejus vita durante, ad quae confinia teneatur, & debeat se personaliter praesentare infra unum mensem proxime futurum post hujusmodi ferendam sententiam.

Guglielmum Antonii Domini Andreae de Pazzis, & ejus filios masculos, tam natos, quam nascituros, & filios

Renati, & Andreae Domini Pieri Domini Andreae de Pazzis.

Joannis Antonii Domini Andreae de Pazzis tam natos, quam nascituros, & dictorum

Guiglielmi, Renati, Andreae, & Joannis, & cujuslibet eorum filiorum filios perpetuo eorum, & cujuslibet eorum vita durante extra Civitatem, & procul ab ipsa Civitate Florentiae miliaribus quinque ad minus, & infra miliaria viginti ad plus circum circa, &

Bernardum Bartoli Dominici de Corfis, &

Bartolum ejus filium extra dictam Civitatem, & procul ab ea miliaribus quinque ad minus, & citra, & infra miliaria 25. ad plus circum circa pro tempore, & termino decem annorum proxime futurorum, &

Michaelem Georgii Magnifici Christophori extra dictam Civitatem Florentiae, & procul ab ea miliaribus decem, & citra, & infra miliaria 20. circum circa, pro tempore, & termino decem annorum proxime futurorum: Et non possint de dictis confinibus exire ultro, citrave progredi, nisi ut supra.

Et quod dicti de Pazzis, vel aliquis ex eis

T 2

non

non possint transire stratam publicam, per quam itur a Civitate Florentiae ad Burgum Sancti Laurentii de Mugello, quae dicitur *la Strada di sotto* versus occidentem.

Et praedicti de Corsis non possint ullo modo, aut aliquis ex eis ire, aut stare infra stratam, qua itur Florentia ad Sextum in Vallem Marinae, & ad Barbarinum de Mugello, & superscriptam stratam, qua itur Florentia ad Burgum Sancti Laurentii, quae dicitur *la Strada di sotto*.

Et quod omnes, & singuli supra comprehensi teneantur, & debeant infra tres dies proxime futuros se ad dicta confinia personaliter praesentasse, excepto dicto Domino Antonio, ut supra, & excepto Andrea Joannis Antonii de Pazzis, qui dicitur esse in Terra Leonis, qui teneatur, & debeat se ad dicta superscripta confinia personaliter praesentare infra quatuor menses proxime futuros; alias autem intelligatur esse, & sit relegatus, & confinatus ad standum, & permanendum in Terra Leonis, seu procul ab ipsa Terra Leonis miliaribus 20. ad plus circum circa perpetuo ejus vita durante, & teneantur, & debeant omnes, & singuli superscripti, ut supra comprehensi, & quilibet eorum dicta eorum confinia, & omnia supradicta attendere, & observare sub poena rebellionis, in quam ipso facto quod contraxerint, aut qui ex eis contraxerit, incurrant, & incursum intelligantur esse; & pro majori validitate, & robore praesentis relegationis, sint suppositi, & affecti omnibus, & singulis poenis, & praedictis factis, introductis, & ordinatis contra confina-

finatos per Balam editam in anno 1434. omnes & singuli suprascripti, & supra comprehensi praeter praedicti

Bernardus, & Bartolus de Corfis, & Michael Georgii, qui dictis poenis, & praejudiciis sunt suppositi, & affecti pro observatione dictarum confinementum, durante dicto tempore tantum, & non ultra. Et insuper condempnetis

Bernardum Joannis Bandini de Baroncellis, & Napoleonem Antonii Nicolai de Franzefis, & utrumque eorum ad poenam, & bannum rebellionis, & quod sint suppositi, & affecti omnibus, & singulis poenis, & praejudiciis factis, & introductis, & ordinatis contra quoscunque rebelles Communis Florentiae maxime anni 1434. Et insuper amoneatis, & privetis

Nardum, & Laurentium fratres, & filios olim Bartoli Dominici de Corfis, & utrumque eorum solummodo ab omnibus, & singulis officiis intrinsicis, & extrinsecis, & tam Communis, quam pro Communi Florentiae perpetuo eorum, & cujuslibet eorum vita durante. Et quod quandocunque extraherentur, aut ex eis extraheretur ad aliquod dictorum Officiorum, eorum, & cujuslibet eorum cedulae lanientur, & laniari debeant, singula singulis congrue referendo. Mandantes &c.

Die 3. Maii 1478. Ind. 11.

Magnifici Octoviri &c. Scribunt, committunt &c. Vobis praesenti Domino Potestati dictae Ci-

Civitatis Florentiae quatenus vigore praesentis deliberationis &c. per vestram sententiam relegetis, & confinetis

Dominum Joannem Franciscum (1) Domini Poggii ad standum, & continue permanendum toto tempore ejus vitae in Civitatibus, Terris, & locis, ubi voluerit, ditionis, & imperii Mediolanensis, procul, & distans a Civitate Florentiae miliaribus 30. ad minus. Et quod teneatur, & debeat ad dicta confinia se personaliter praesentasse infra 15. dies proxime futuros post ejus relapsationem de Carceribus Potestatis, vel Stincharum Communis Florentiae.

Philippum Domini Poggii (2) extra Civitatem Florentiae, & procul ab ipsa Civitate Florentiae miliaribus quinque ad minus, & citra, & infra miliaria 40. ad minus circum circa, ad quae confinia se personaliter praesentare teneatur, & debeat infra quinque dies proxime futuros post ejus relapsationem de Carceribus praedictis. Et teneatur, & debeat uterque eorum dicta ejus confinia perpetuo attendere, & observare sub poena rebellionis, in quam ipso facto &c.

Dio

(1) D. Joannes Franciscus D. Poggii Canonici Juris peritus Canonieatum Ecclesiae majoris Florentiae tenuit. Fuit & Laterinae Plebanus, Pontificis Cubicularius, & Literarum Apostolicarum Abbreviator.

(2) Philippus D. Poggii fuit per aliquot menses Canonicus Florentinus, idest Ecclesiae majoris: postea nupsit Alexandrae Dei del Beccuto.

DOCUMENTA. 131

Die 5. Maii 1478. Ind. 11.

Magnifici Octoviri &c. scribunt, communicant &c. vobis praesenti Domino Potestati &c. per vestram sententiam relegetis, & confinetis

Leonardum Domini Petri Domini Andreae de Pazzis extra dictam Civitatem, & Districtum Florentiae perpetuo ejus vita durante. Et quod sit supposit. & affectus omnibus, & singulis poenis, & praejudiciis factis, introductis, & ordinatis contra relegatos, & confinatos per Balam editam in anno 1434. Mandantes &c.

Die 7. Maii 1478. Ind. 11.

Magnifici Octoviri &c. scribunt &c. vobis praesenti Domino Potestati &c. per vestram sententiam relegetis, & confinetis

Joannem Antonii Domini Andreae de Pazzis, &

Andream, Joannem, Nicolaum, & Galeottum fratres, & filios olim Domini Petri Domini Andreae de Pazzis, &

Dominum Petrum Juliani Lapi de Vespucciis, & quemlibet eorum ad standum, & permanendum in carceribus Stincharum Communis Florentiae perpetuo eorum, & cujuslibet eorum vita durante. Cum hac tamen conditione, & salvo quod praesentes Octo, & duae partes eorum possint dictos supranominatos, seu quem, aut quos voluerint ex eis ex dictis carceribus Stincharum in alias, seu aliam
Car-

152 CONJURAT. PACTIANAE

Carcerem ubilibet permutare, & transferre, & eos in perpetuum in dictis carceribus relegare, & incarcerare facere, prout dictis Octo, vel duabus partibus ex eis libere videbitur, & placebit. Et teneantur, & debeant dicta confinia, seu ea, in quae, ut supra transferrentur, attendere, & observare sub poena rebellionis &c.

Die 10. Maii 1478. Ind. 11.

Magnifici Octoviri &c. scribunt &c. vobis praesenti Domino Potestati &c. per vestram sententiam condemnetis, relegetis, & confinetis

Marcum Domini Petri de Vespucciis extra dictam Civitatem Florentiae, & procul ab ipsa Civitate Floron. miliaribus quinque ad minus, & citra, & infra miliaria 25. & infra miliaria 5. & 25. perpetuo ejus vita durante. Ad quae confinia &c. Lat. dat. dicta sententia per dictum Dominum Potestatem die 13. Maii 1478. Ind. 11.

Die 12. Maii 1478. Ind. 11.

Magnifici Viri Octo Custodiae &c. habentes notitiam qualiter

Nicolaus alias Fantagutius de Raugia, & famulus Domini Jacobi de Pazzis est fur, & latro scandalosus, & malae conditionis vitae, & famae, dictis, & aliis justis de causis moti, & pro bono publico, vigore eorum auctoritatis, & potestatis, & baliae, & omni meliori modo, via, jure, & forma,

ma, quibus magis, & melius potuerunt, servatis servandis, deliberaverunt, scribunt, & committunt, imponunt, & mandant vobis praesenti Domino Potestati &c. per vestram sententiam condemnatis dictum

Nicolaum, alias Fantagutium ad poenam, & in poena furcarum, & quod quandocunque venerit in fortia Communis Florentiae, quod possit, teneatur, & debeat per quemcumque Officiale Civitatis, Comitatus, & Districtus Florentiae capi, & de facto mitti ad locum consuetum iustitiae, & ibidem per personam habilem laqueo suspendi &c.

Die 12. Maii 1478. Ind. 11.

Magnifici Viri Octo Custodiae &c. Habentes notitiam de quampluribus delictis, & excessibus factis, commissis, & perpetratis per quosdam de Franzesis de Staggia contra praesentem statum, & contra personas aliquorum Civium de primioribus praesentis status, dictis de causis moti, & pro bono publico &c. scribunt &c. Vobis praesenti Domino Potestati &c. per vestram sententiam relegetis, & confinetis

Dominum Joannem Bastianum Tingoccii Francisci de Franzesis

Albizum Joannis Nicolai, &

Antonium, & Taddeum filios Napoleonis Antonii Nicolai de Franzesis praedictis, & quemlibet eorum extra Civitatem, Comitatum, & Districtum Florentiae, & distans a Castro Staggiae 25. miliaribus

ribus ad minus circum circa pro tempore, & termino eorum, & cujuscunque eorum vita durante. Et quod teneantur, & debeant se ad dicta confinia representare infra tres dies proxime futuros quoad dictum Joannem Bastianum & Albizum post eorum relapsationem de carceribus vestris. Et quoad dictos Antonium, & Taddeum, postquam eisdem personaliter, vel ad domum, vel per bannum praedicta confinia erunt notificata. Et teneantur &c. Lat. dat. die 14. Maii 1478. Ind. 11.

Die 18. Maii 1478. Ind. 11.

Magnifici Odo &c. habentes notitiam qualiter Thomas Antonii alias della Corfa aluptarius, Petrus Papii del Lucchefino de Podiobonizi barbitonfor, &

Bartholomaeus Alexandri de Fregarolo aluptarius habitatores in Civitate Florentiae fuerunt cum pluribus de Domo de Pazzis de Florentia diebus proxime praeteritis ad committendum quamplura scandala contra praesentem statum, & contra libertatem dictae Civitatis Florentiae, dictis de Pazzis auxilium, & favorem circa praedicta praestando, dictis, & aliis justis de causis &c. scribunt &c. vobis Domino Potestati &c. per vestram sententiam relegetis, & confinetis praedictos

Thomam, Pierum, & Bartholomaeum ad eundem, standum, & habitandum extra dictam Civitatem, Comitatum, & Districtum Florentiae, & dist. a dicta Civitate ad minus 40. miliaria circum
circa

circa continue eorum, & cujuslibet eorum vita durante excepto dicto Thoma, qui possit stare, & habitare in Civitate Lucana, & ejus territorio, ubi voluerit, non obstante quod non sit distans a dicta Civitate Florentiae 40. miliaris. Et quod ipsi, & quilibet eorum teneantur, & debeant ad dicta confinia representare infra quinque dies proxime futuros post eorum relapsationem de carceribus vestris. Et quod de eorum representatione &c. Lat. dat. die 20. Maii 1478. Ind. 11.

Die 12. Maii 1478.

Magnifici Octoviri &c. Habentes notitiam, ut asseruerunt, qualiter

Dominus Franciscus, & Pierus filii olim Joannis Pieri Bandini de Baroncellis de Florentia quamplura, & plura tentati, & perpetrati fuerunt & commiserunt contra praesentem statum, & libertatem dictae Civitatis Florentiae, & qualiter ipsi, & uterque ipsorum sunt malae conditionis, vitae, & famae, dictis, & aliis justis de causis moti &c. scribunt, committunt &c. vobis praesenti Domino Potestati &c. per vestram sententiam condemnetis dictos

Dominum Franciscum, & Pierum, & utrumque eorum in poenam, & bannum Rebeli, & ipsos, & utrumque eorum declaretis fuisse, & esse rebelles Communis Florentiae &c. Lat. dat. die 23. Maii 1478. Ind. 11.

EX ANNALIBUS ODERICI RAYNALDI (*)

SIXTUS PAPA IV.

Ad futuram rei memoriam.

Iniquitatis filius, & perditionis alumnus Laurentius de Medicis, & nonnulli alii Cives Florentini, ejus in hac parte complices, & fautores, superioribus annis reprobis sensus, ac perversae, & damnatae conditionis filio Nicolao de Vitellis, ut ejusdem Romanae Ecclesiae Civitatem Castelli nobis rebellem faceret, eamque per tyrannidem occuparet, & detineret occupatam consulere, favere, & auxiliari, etiam postquam per litteras, & nuncios nostros Laurentium, & complices praedictos paterne monueramus, atque, ut a praestandis dicto Nicolao auxiliis hujusmodi desisterent, charitative requisiveramus, quibus potuere viribus non expaverunt, quinimmo tanquam aspis surda nostris hujusmodi requisitionibus aures claudentes pertinaces, etiam postquam dilectus filius noster Julianus tituli S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis in partibus illis Apostolicae Sedis Legatus, quem cum exercitu, ut ipsam Civitatem Castelli ad ejusdem Ecclesiae obedientiam, & devotionem reduceret, transmiseramus, se illuc contulerat, ac exer-

(*) *Editionis Lucensis T. X. Pag. 582.*

exercitus huiusmodi noster apud Civitatem antedictam castra metaretur, & illam teneret obsessam, Laurentius, & complices praedicti, non ignari etiam gravium aliarum censurarum, & poenarum, quas per certas alias nostras speciales literas publicatas, ipso facto erant incursum quicumque dicto Nicolao, & ejus gentibus auxilium darent, consilium, vel favorem, quodque omnes, & singulos, qui ipsi Nicolao quovis modo obligati ad ejus defensionem censerentur poterant, quamquam contra dictam Romanam Ecclesiam ad eundem Nicolaum ipsius Ecclesiae subditum, & vassallum, praesertim in huiusmodi rebellionem defendendum nemo potuit, ut notorium est, se obligare, ad cautelam tamen ab omni foederis, ligae, & juramenti vinculo quemcumque ad huiusmodi effectum tendente absolveramus, eidem Nicolao, quantum in eis per amplius favere, & auxiliari non destiterunt, usque adeo, ut cum Nicolaus antedictus, omnipotenti Deo causam Ecclesiae suae curante, a praedicta Civitate ejectus extitisset, nosque in ea arcem pro potiori illius tutela, construere, & aedificari mandavissemus, idem Laurentius, & complices praedicti Nicolao praedicto, ut, contra fidem per eum nobis datam, Civitatem praenominatam per prodicionem reingredi, & iterum occupare, praedictam Romanam Ecclesiam spoliando, valeret, rursus assistere, ac postmodum ipse Nicolaus huiusmodi perfido suo proposito, adnitentibus in contrarium, & contra eos, qui dictae arci per nos propositi erant, deceptus remansisset, eandem cum suis receptare, plerasque simul-

multates, & conspirationes cum eo adversus eandem Romanam Ecclesiam facere, mala malis addendo, similiter non formidaverint.

His quoque non contenti, cum dicta Civitate ipsam Romanam Ecclesiam, ut cupiebant, spoliare non possent, ut adversus eandem, a qua tot honores, & commoda, ac etiam in eorum opportunitatibus auxilia consecuti esse dignoscuntur, conceptum virus diffusius evomerent suis pravis, & dolosis machinationibus, ut quidam Carolus de Montone Perusinam etiam Civitatem a nostrae, & praedictae Romanae Ecclesiae obedientia, & devotione, quibus subest, subtraheret, ac suae tyrannidi subjiceret, sollicitatis ad id etiam nonnullis dictae Civitatis Civibus, procurarunt; propter quae non minus graves impensas subire, quam de aliquorum subditorum nostrorum fide dubitare, & in nonnullos, qui culpabiles reperti fuerunt, animadvertere coacti sumus. Quinimo deinceps cum praedictum Carolum vana spe in hujusmodi negotio, & tractatu illudum videret, ne ab incaeptis ob inopiam desistere cogeretur, Laurentius antedictus, non advertens quod Italiae pace turbata, & debilitatis dictae Ecclesiae Romanae viribus atrocissimo Turcorum principi immanissimo Fidei orthodoxae hosti, facilior ad Italiam ipsam aditus aperiebatur, praedictum Carolum, ut congregato facinorosorum hominum exercitu in Senensem agrum incursiones faceret, ipsumque depopularetur, & in praedam daret, ac plurima inibi nefanda perpetraret induxit, ad finem etiam, ut sustentato pro tempore ejus exercitu, nec intermis-

sa

sa interim proditione, sollicitatione Perusinam Civitatem praedictam Carolus ipse de improvviso ingredi, & ea per fraudem potiri valeret. Quod quidem cum per Dei potentiam minus eis ad votum similiter successisset, & nos pro conservanda Italiae pace Castrum Montonis a dicto Carolo in territorio Perusino per antea possessum, qui his scandalis occasionem praebuerat, & in dies praebere posse videbatur, prout poterat verisimiliter formidari, ad jus, & proprietatem ejusdem Romanae Ecclesiae, data prius pro eo recompensa reduci curaremus, idem Laurentius, & complices, etsi nulla injuria per nos, aut per nostros laceffiti fuissent, in suo pravo animo contra Romanam Ecclesiam praedictam improbe perseverantes, ne hujusmodi Castrum ad eandem Ecclesiam deveniret, neve scandalorum materia tolleretur, destinatis ad id armigeris, quorum nonnulli ductores a nostris postea intercepti sunt, exquisitis, et damnatis viis impedire tentarunt.

Insuper ut eandem Romanam Ecclesiam, cumulatim contra eandem improbis favoribus magis opprimere conarentur, Deiphebum de Anguillaria quondam Aversi etiam de Anguillaria Comitis filium, per felicis recordationis Paulum Secundum praedecessorem nostrum, exigentibus ejus demeritis, olim a detentione terrarum, castrorum, et locorum, qui in territorio ipsius Romanae Ecclesiae per tyrannidem possidebat, amotum, et a terris ejusdem Romanae Ecclesiae exulem factum, ut se Carolo praedicto cum armata manu conjungeret, quo praedicta Ecclesia Romana a duobus fortius laceffetur, evo-

evocari, venientemque in territoriis Domini Florentini recipi, ac per plures dies ibidem commorari procurarunt.

Praeterea ad Castra ejusdem Ecclesiae anhelantes, et apertis faucibus inhiantes, Castrum Citer-nae Civitatis Castelli Dioecesis, quod ad eandem Ecclesiam pertinere dignoscitur, per insidias nocturnas, clam invadere, et dato ad id nonnullis armigeris negotio, tyrannidi eorum subicere, quamvis temerariis eorum ausibus fidelium dicti Castri custodum opera, et diligentia obstiterit, minime erubuerunt, nec minus sententias, et censuras, per praedecessores nostros, et nos successive in Bulla, quae in Coena Domini singulis annis legitur, & publicatur, in eos latas, qui ad Sedem Apostolicam venientes, vel recedentes ab eadem, temeritate propria capiunt, detinent, aut talia fieri mandant; necnon qui Romipetas, et peregrinos ad Urbem causa peregrinationis, et devotionis accedentes capiunt, detinent, seu depraedantur, aut aliis super his auxilium praestant, consilium, et favorem, pariformiter et per piratas, et latrunculos maritimos, et illos praecipue qui mare nostrum a monte Argentario usque ad Terracinam discurrere, et navigantes in illo depraedari, vulnerare, interficere, et rebus, ac bonis suis spoliare praesumpserint, receptant, aut eis auxilium dant, consilium, vel favorem. Simul etiam qui victualia, vel alia ad usum Romanae Curiae necessaria deducentes, ne ad Curiam ipsam deducantur, vel deferantur impediunt, invadunt, seu perturbant, et qui talia fa-

cien-

cientes receptant, vel defendunt, idem Laurentius, et complices sui praedicti parvipendentes, et elevata cervice, atque animo more Pharaonis indurato, contemnentes, & spernentes, multos ad ipsam Curiam Romanam causa prosequendi negotia sua venientes, & novissime dilectos filios Bernardum Sculteti de Luniborgo, Thimoholui de Leytzhau, & Henricum Brandis clericum Lubicens. Romipetas, & peregrinos, qui ad Urbem eandem causa devotionis accedebant, capere, bonis spoliare, & carceri mancipare, necnon quasdam triremes remigiis, & aliis navalibus instrumentis abunde munitas in mare nostrum praefatum discurrentes, & navigantes, in illo depraedantes, bonisque, & rebus eorum spoliantes, vulnerantes, & interficientes, necnon & victualia, quae ad usum dictae Curiae Romanae necessaria ad eandem pro tempore deferebantur, invadentes, receptare, defendere, favoribus prosequi, alimenta eisdem non denegando, ut (quod detestius est) etiam stipendiis ordinariis conducere, & adjuvare praesumpserunt, contumaciter in huiusmodi censuris, & poenis, etiam per diuturna tempora infordefcentes.

Porro, ne quid sceleris intentatum, aut inausum relinquerent, non immemores, aut ignari censurarum, & poenarum in Sacris Canonibus contra violatores Ecclesiasticae libertatis, & dictae Sedis authoritatis per eosdem praedecessores nostros diversis temporibus successive promulgatarum, & contentarum, cum nos dudum Ecclesiae Pisanae certo modo vacanti, de venerabilium fratrum nostrorum

X

S.

S. R. E. Cardinalium consilio, de persona bonae memoriae Francisci Archiepiscopi Pisani, eundem illi in Archiepiscopum praeficiendo providissemus, Laurentius, & complices sui praedicti, ne proviso hujusmodi debitum sortiretur effectum, per plura tempora prohibere mandatis nostris palam resistendo non formidarunt. Deindeque cum per Omnipotentis Dei gratiam dictae Sedis praevaluisset auctoritas, idemque Franciscus Archiepiscopus, qui etiam ex insigni familia Salvatorum optimorum Civium Florentinorum existeret, mandatorum nostrorum vigore regiminis, & administrationis dictae Pisanae Ecclesiae pacificam possessionem consecutus fuisset, idem Laurentius pravo, & maligno animo, tam in eum, quam in multos alios dictae Civitatis Florentinae etiam primarios, & optimates Cives odia exercens continue, dicti Archiepiscopi auctoritatem conculcare, & in iis, quae ad eum spectabant, indebite se immiscere, ac ipsius Archiepiscopi, sicut & tyrannide quadam Florentini populi, omnem auctoritatem sibi vindicare, & usurpare non cessavit.

Cum nos Salvatoris nostri exemplo, cujus proprium est misereri semper, & parcere, sperantes eodem Laurentium, & complices tot, & tantorum excessuum per eos contra nos, & praefatam Romanam Ecclesiam impie commissorum poenitere, & illatas injurias, atque damna hujusmodi bene operando in dies recompensare debere, haec omnia pro Italiae praesertim pace, & quiete aequo animo tolerare devovissemus, eisdemque Laurentium, &

com-

complices paterna charitate, ac si umquam talia commisissent, prosequeremur, & pro posse non cessaremus in cunctis complacere eisdem, contrarium spei nostrae hujusmodi nobis ex directo successit, nam cum ex eo, quia Laurentius ipse novissime multos ex dictis Civibus Florentinis primariis partim relegare, partim de medio tollere & occidere, ficut fertur, intendens, ut latior sibi ad vindictam, & crudelitatem hujusmodi campus pateret, sese in unum ex Octo Civibus Florentinis de Balia nuncupatis, assumi, & elegi procuraverat, aegre hoc ferentibus Civibus, ad aliquas civiles, & privatas inter eos dissensiones deventum esset, Laurentius praedictus, & tunc Priores Libertatis, ac Vexillifer Justitiae dictae Civitatis Florentinae, assistentibus eisdem complicitibus reliquis ex dictis Octo de Balia nuncupatis, & nonnullis aliis Civibus dictae Civitatis, Dei timore penitus abjecto, furore succensi, & diabolica suggestionem vexati, ac tamquam canes ad efferam rabiem ducti, ut tandem sua libidine potiti, in Ecclesiasticas personas, quantum possent, ignominiosius saevirent (prohi dolor, & inauditum scelus!) in Archiepiscopum praedictum manus violentas injicere, & captum per plures horas in publico Palatio residentiae eorundem Priorum, & Vexilliferi detinere, ac tandem communicato invicem desuper consilio, eum publice in fenestris dicti Palatii eminentibus coram populo, in die Dominico laqueo turpiter suspendi fecere; cumque vitam finivisset, laqueum scindi, ut corpus ipsius in terram caderet, quemadmodum cecidit (quod

nedum referre, sed meminisse horremus) procurare minime erubuerunt : multosque deinde alios Presbyteros, & Ecclesiasticos viros bonae conditionis, & famae, quorum aliqui erant ex dilecti filii nostri Raphaelis S. Georgii ad Velum aureum Diaconi Cardinalis in provincia nostra Ducatus Spoletani, & nonnullis aliis Civitatibus, Terris, & locis praedictae Romanae Ecclesiae dictae Sedis Legati, & aliqui ex dictis Archiepiscopi familiaribus, partim suspendi, partim gladiis, & fustibus confodi, & necari palam, & publice in Ecclesiasticae dignitatis opprobrium fecerint, & deterrima prioribus aggrediendo Raphaellem Cardinalem, & Legatum praedictum in dicta Civitate Florentina in Ecclesia Cathedrali, dum ibidem divinis Officiis, & Missarum Solemnis eadem die Dominica interesset, capere, & capi mandare, capturamque ipsam ratam habentes, eundem sub fida custodia in praedicto palatio teneri curarunt, & curant, & dum Venerabilis frater Nicolaus Episcopus Modrusensis, noster, & ejusdem Sedis nuncius ad hoc specialiter destinatus praedictos Laurentium, Priores, Vexilliferum, ac complices, ut Raphaellem Cardinalem, & Legatum praedictum in sua libertate reponerent nostro nomine requisivisset, illud negare, & se eundem Cardinalem dimittere nolle pertinaciter affirmare non dubitarunt, in Clericalis ordinis, & Pastoralis Officii vituperium. Quae omnia in Raphaellem Cardinalem, & Legatum, ac Archiepiscopum, Presbyteros, & Clericos praedictos perpetrata, communi omnium de eis notitiam habentium iudicio damnata, publica

ca

cā omnium fama id attestante, & facti notorietate approbante, adeo referuntur, & eorundem de illis notitiam habentium animi in hoc suspensi, & oculi pendentes esse asserantur, & expectent, quid a nobis in tales pro tantorum scelerum ultione statuatur.

Nos igitur praemissis omnibus debita meditatione pensatis, quamvis immensa scelestissimorum hominum crudelitatem, feritatemque immanissimam, ac flagitiosissimum, & ignominiosum universae Ecclesiae Sanctae Dei dedecus turpiter illatum videamus, & a praedecessoribus nostris in magnos principes ob minora facinora acriter saevitum esse conspiciamus, & *infra*, habito super his cum eisdem fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum unanimi consilio, & assensu, autoritate Apostolica tenore praesentium declaramus iniquitatis filios Laurentium, Priores, Vexilliferum, Octo de Balia antedictos, tunc, & qui illis in eorum Prioratus, & Vexilliferatus, ac Octo de Balia Officiis successerunt nunc existentes, ac omnes, & singulos Ecclesiasticos, & saeculares, qui eis in praemissis in Archiepiscopum, & Raphaelem Cardinalem, Presbyteros, & Clericos praefatos commissis praestiterunt, & praestant auxilium, consilium, vel favorem, detentionemque Raphaelis Cardinalis praefati continuant, quorum nomina, & cognomina, ac si exprimerentur, volumus haberi pro expressis, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, & quacumque Ecclesiastica, vel mundana dignitate fungantur, propter praemissa in
Ra.

Raphaellem Cardinalem, Franciscum Archiepiscopum, Presbyteros, & Clericos praefatos commissa, juxta bonae memoriae Bonifacii Papae Octavi similiter praedecessoris nostri, & Viennensis Concilii, ac aliorum praedecessorum nostrorum Constitutiones, & Decreta criminis laesae majestatis reos, facrilogos, excommunicatos, anathematizatos, infames, diffidatos, intestabiles. Et ut publica repulsa confusi nullum inveniant suae militiae successorem, ejuslibet haereditatis esse ab intestato incapaces, feudis insuper, ac locationibus, officiis, & bonis spiritualibus & temporalibus, qui singuli eorum a praefatis Romana, & Pisana Ecclesiis, necnon dictorum Laurentii, Priorum, Vexilliferi, Octo de Balia, & aliorum complicum filios, & nepotes per rectam lineam descendentes, quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, quae quomodolibet tempore perpetrationis excessuum praedictorum obtinebant, qualiacunque forent, spe promotionis in futurum omnino sublata, privatos, necnon feuda ad bona locata hujusmodi, ad Ecclesias ipsas; ita ut ii, ad quos spectant, de illis pro sua voluntate disponant, reversa esse. Et cuncta eorundem Laurentii, Priorum, Vexilliferi, & Octo de Balia, ac auxilium, consilium, vel favorem praestantium, complicum, & adhaerentium hujusmodi aedificia in ruinam dari debere, ita ut eorum habitationes desertae fiant, & non sit qui eas inhabitet in posterum. Et ut perpetuam notam infamiae perpetua ruina testetur, nullo unquam tempore reparentur, nullum eis debita reddere, nullumve in judicio respondere tene-
ri:

